

MONUMENTA INEDITA
RERUM GERMANICARUM
PRAECIPUE
BREMENSIUM.

Ungedruckte
zur

Historie

des Landes und der Stadt

Bremen,

auch angränzender Dörter;

gehörige

Nachrichten, Documente

und

Urkunden,

gesamlet / und nun zuerst ans Licht gestellet
von

Johann Vogt,

Pastor am Königlichen Dom in Bremen.

Des zweiten Bandes drittes Stück.

B R E M E N,

Gedruckt in der Janischen Buchdruckerei, 1754.

MODIMENTA LAEDITA

REPERITUR IN
MUSEO HISTORICO

BREMENSIS

1788

1788

des Jahres 1788

1788

aus dem Jahre 1788

1788

1788

aus dem Jahre 1788

1788

aus dem Jahre 1788

aus dem Jahre 1788

aus dem Jahre 1788

M

S.

M

MONUMENTA INEDITA

Historiam

ECCLESIAE ET CAPITULI

S. WILHADI & STEPHANI

Bremensis

ILLUSTRANTIA.

Vorbericht.

Sanct Wilhads Kirche ist nebst dem
 Dom, oder der S. Peters Kirche, die
 aeltiste unter allen Kirchen in Bremen.
 WILHADUS der erste Bischoff hat selbst beide
 auferbauet. In der *Historia Archiepiscoporum
 Bremensium* ap. LINDEBROG. stehet Cap. I.
 „Corpus S. Willebadi ad Civitatem Bremen-
 „sem deportatum, & in Ecclesia S. Petri
 „Apostoli, quam ipse aedificaverat, sepultum
 „est. Sed Successor ejus *Willericus* Corpus
 „S. Willebadi de primo loco transtulit ad ali-
 „um locum, & in quodam Oratorio, ad Au-
 „strum juxta Monasterium, quod ipse fece-
 „rat, studiose recondidit.„ Heider dieser Ge-
 bäude gedencet auch ANSGARIUS in *Vita
 Wilhadi* cap. 10. 11. 12. und berichtet überdis,
 cap. 21. daß Er Wilhadi Körper mit grosser
 Pracht aus dieser Basilica habe bringen lassen
 in summam illam & lapideam Basilicam, quæ
 haftenus indedicata fuerat, & quam tunc
 dedicavimus. In den folgenden Zeiten hat der
 Erzbischoff *Unwannus* diese, ich weiß nicht
 durch was für einen Unfall, abgebrannte S. Wil-
 hads Kirche, wieder aufgebauet, wenigstens
 solche wieder aufzubauen befohlen. ADAMUS
 BREMENSIS *Lib. II.* cap. 33. erzehlet von
 Unwanno, „Basilicam S. Viti extra oppi-
 „dum

„dum construi, & Capellam S. *Wilbadi* combustam, jussit reparari.“ Es kan seyn, daß dieser Bau durch seinen An. 1029. erfolgten Tod unterbrochen und nicht zu Stande gebracht worden / weil WILH. DILICHIUS in *Chron. Bremensi* p. 35. dem *Adalberto*, der an. 1043. Erzbischoff worden, den Aufbau dieser Kirchen zuschreibet. Vorgedachter *Unwannus*, oder auch *Adalbertus*, haben vermuthlich das Collegium Canonorum darinnen angerichtet, welches nachhero von dem Erzbischoff *Adalberone*, an. 1139. nach *St. Stephani* Kirche verlegt worden. Zur Zeit der heilsamen Reformation ist auch in der *St. Wilhads* Kirche das Papistische Wesen abgeschaffet, das Gebäude verschlossen, und nachhero zu keinem Gottesdienst wieder gewidmet; sondern zuerst mit Schankkörben und Krieges-Materialien, nachhero aber mit Hopffen beleet worden, davon sie auch noch heutiges Tages insgemein die *Hopffen-Kirche* genennet wird. JO. ESICHIUS schreibet in seinem, bis hieher ungedruckten, *Discursu de Republica Bremensi* p. m. 152. Anno sequenti (1527.) *Coenobia Catharinae & Johannis* occlusa sunt; Monachisque sub comminatione exilii mandatur, ut a Pontificiis ceremoniis abstinerent; clauso etiam WILHADI templo corbes propugnatoriae ad urbis necessitatem illatae. Aniezo ist diese verschlossene Kirche mit Wein beleet. Der ehemalige *Stadt-Bremische Haupt-Prediger und Canonicus* an

St. Ansgarii Kirche, nachhero aber zu denen
 Papisten übergetretene D. PHILIP. CÆSAR,
 wie er sich in seinem höchstseltenen Buch, *Tria-*
postolatus Septentrionis genannt, als einen aber-
 gläubischen Anbeter der ersten Bremischen Bis-
 schoffe, *Wilhadi, Ansgarii & Remberti* bezeiget,
 und besonders dem Gebet / und Verdiensten des
 heil. Ansgarii, seine Befehung, oder vielmehr
 seine Abkehrung von der Wahrheit, zuschreibet;
 Also ist er auch mit diesem Verfahren des Rathes,
 in Absicht auf die **St. Wilhads Kirche**, gar
 nicht zufrieden. Seine Worte, welche zur Hi-
 storie dieser Kirche, und des dabei belegenen
Wilhads Brunnen gehören, sind folgende:
 „Illa ædes, quam ædificavit S. Willehadus,
 „in hodiernum usque diem salva stat; nisi
 „quod a loci Magistratu acatholico in Lupuli
 „domum mutata est, **ist zum Hopffen-Haus**
 „**gemacht**, & hac quoque jam voce dicitur;
 „qualis domus antea fuerat inferius ambula-
 „crum in eorum Curia, quod etiam nunc
 „antiquum nomen apud plebem retinet. Fuit
 „etiam ante ædem hanc, inter illam & sum-
 „mam Basilicam, proxime stratum publicum,
 „profundus puteus a Sancto viro constru-
 „ctus; qui ab eo huc usque *S. Willehadi fons*
 „seu puteus, **St. Wilhads Sood oder Puz**,
 „appellatur. Hic a multis creditus est, ex-
 „perimentis quoque compertus, febres alios-
 „que morbos aquæ suæ potione miraculose
 „curare, quod fama istic loci ad huc vulgatif-
 „simum

„simum est; & ego novi aliquem, qui, ejus
 „aquæ haustu liberaliori, a vehementissima,
 „& tantum non lethali febre continua cau-
 „stica, subito convaluit. p. 219. 220.„ Die
 Nachrichten und Urkunden der **St. Wilhads**
Kirche, und des Collegii Wilhadi & Stephani
 sind sehr selten und fast durchgängig verschwun-
 den, müssen aber jedoch noch irgendwo vorhanden
 seyn, wie solches die Vidimation unserer VIIten
 Urkunde zu erkennen gibt, und ein/ dem Ansehen
 nach, vor 150 Jahren geschriebenes, und aus dem
Statuten-Buch dieses Collegii genommenes
 Register auf 4 Blättern, welches einen Auszug
 und Verzeichniß enthält aller Urkunden, die das
 Collegium Wilhadi & Stephani jemals beses-
 sen. Ich will solches nebst 5. andern bisher
 ungedruckten Urkunden denen Liebhabern der
 Alterthümer aniezo mittheilen in folgender Ordi-
 nung:

I. Spicilegium ex veteri Regula Ecclesiarum
WILHADI & STEPHANI *Bremen.*

II. SIGFRIDI Archiepisc. *Brem.* Donatio
 decimæ in *Holen*, in Parochia *Lamstedt*,
 facta Fratribus *S. Wilhadi.* An. 1181.

III HARDWICI II. Archiepisc. Charta su-
 per decimam in *Bergthorpe*, in Parochia
Ganderekesbede, quam Ernestus de *Ocle*

Fratribus S. *Willebadi* resignavit. An.
1189.

IV. HARDWICI II. Archiepiscopi Collatio
decimæ in *Embecke*, quam *Hermannus*
de Reke vendidit Fratribus S. *Willebadi*.
An. 1203.

V. GERHARDI II. Archiepiscopi Collatio
Decimæ in *Arsten*, quam habuit *Ger-*
hardus de Groepelinge, facta Ecclesiæ
Willebadi in *Brema* & Canonicis ibidem
servientibus. An. 1225.

VI. GERHARDI II. Archiepisc. Collatio De-
cimæ in *Dunsen*, & quadrantis in *Gron-*
lande, facta Capitulo S. *Willebadi*. An.
1225.

VII. GISELBERTI Archiepisc. Charta su-
per reemtionem duarum terrarum, vulga-
riter *Lant*, in *Villa Habenbusen*, ab *Albe-*
rone, Milite *de Line*, Socero *Henrici de*
Bekeshævede, ad instantiam Capituli S.
Willebadi. An. 1280.

I.

*Spicilegium ex Veteri Regula Eccles.
Wilhadi & Stephani
Bremen.*

Pag. I. **D**e quibusdam Reditibus & Mini-
strationibus, in specie de Custo-
dia Ecclesiae B. WILHADI.

2. ALBERONIS Archiepiscopi Fundatio
Vicariarum, *Mariae Virginis, & Ma-
riae Magdalena.* A. C. 1133.

3. GERHARDI Archiepiscopi Decisio in
causa Praepositi Sanctimonialium de *Hil-
genrode* super Ecclesia de *Machtenstede*
& decima in *Ranwerdighusen.* A. 1238.
Villa *Witstede* ab HARTWICO Capi-
tulo confirmatur, collata antea ab AL-
BERONE Archiepiscopo.

Collatio Vicariae *Joh. Baptistae.*

Confraternitas *Wilbadinorum* cum *Har-
seveldensibus.*

4. Statutum de Servitio in Festo *Nicolai, &
Nativitatis Domini.*
Juramentum Vicarii.
Juramentum Canonici.

N 4

Præ-

* Diese Urkunde findet
sich gedruckt in L. MUS-

HARDS Denckmahl.
P. 57.

- pag. 5. Præpositus modum in numero Clericorum colligendo fervet; non tantum viles, sed & nobiles admittendi; quibus contenti esse debeant Clerici. p. 7. 8. 9.
11. De Vestitu. p. 12. 13. de Cuculla.
De Horis Canonicis. p. 14. 15. 16. 17. 18.
19. Poena delinquentium. p. 20. 21. 22.
22. Cura informandi Adolescentes.
23. Completorium.
24. Cantores.
25. Quales Prælati; unde gradus petendi.
26. Cellerarius; Pauperum Cura.
27. Infirmi & Senes.
28. Portarius. Claustra Canonicorum.
29. Conclusiones de Canonicorum qualitate.
p. 30. 31. 32.
32. Obedientiarius in *Dunsen*. Juramentum Scholastici.
33. Juramentum Cellerarii.
34. Kalendarium.
- p. 156. Quadrans terræ in *Süderbroke* Decani an. 1296.
157. Altare *Katharinæ* Virginis. Collator Decanus.
158. Statutum de Manualibus Chori.
159. Translatio Collegii WILHADI ad montem *Stephani* ab *Alberone* Archiepisc. an. 1139.
160. Confirmatio illius *Alexandri* P. P. an. 1179.
161. Hic bona & Jura recensentur.

p. 162. *Ikesbüßen* a Militibus de *Oumunde*;
Charta GISELBERTI Archiepisc. an.
1281.

Ecclesia *Sti Nicolai* infra Muros a Lai-
cis ædificata.

Sed hic defectus unius folii.

163. *Wilbadini* in electione Episcopi votum
habent. In scripto fit mentio cujusdam
Adami Scholastici. an. 1231.

164. In *Wilstede* domus quædam præter jus
stagni, Villæ adjacentis, GERHARDI
Archiepiscopi. an. 1222.

De decima in *Arsten* GERHARDI Ar-
chiepisc. an. 1225.

165. Super Decimam in *Dunsen*. ejusdem
eodem.

165. H . . . Archiepisc. Brem. Cambitio
Bergthorpe & Redingstede. Prædium
in *Redingstede* *Wilbadi* Collegio. sine an.

166. SIGFRIDI Archiepiscopi super deci-
mam in *Hollen*. an. 1181.

Hic defectus folii unius,

167. GERHARDI Archiepiscopi super di-
midium mansum in *Vthbremen*. ann.
1230. *

HONORII P. M. Confirmatio omnium
ante actorum, super *Bergthorpe & Re-
dingstede*. sine anno.

N 5

pag.

Ist vermutlich eben die-
selbige Urkunde, welche
man in MUSHARDS

Denkmal p. 443. lie-
set; wo selbst das Jahr
1239. angegeben wird.

p. 168. HARTWICI de Decima in *Bergthorpe*. an. 1189.

HARTWICI de Decima in *Embeke*, si-
ve *Emceke*. an. 1203.

169. De Bracco * a Villicis dando. HILDE-
BOLDI Archiepiscopi. an. 1268.

Canonicus non est, qui fructus non per-
cipit; item post unum annum gratiæ,
qui defuncto concessus, duo sequentes
in Capituli usum concedunt, HILDE-
BOLDI Archiep. an. 1266.

170 Duæ terræ in *Habenbusen* GISELBER-
TI Archiepisc. an. 1287.

In servitiis ordo Curiarum & Villico-
rum. p. 171, ff.

174 Catalogus Episcoporum a WILHADO
usque ad HENRICUM 29. Archiepisc.
Historica quæ sequuntur edidit, ex Bi-
bli-

* BRACCUM, *Bracium*,
Bracius, *Brace*, denotat
grana frumenti, aut se-
calis, macerata & dein-
de torrefacta, unde ce-
revisia conficitur. CAN-
GIUS plura veterum
loca hac de voce addu-
cit. ECCARDUS au-
tem originem hujus
vocis esse existimat a
bräen, calida aqua ma-

cerare; grana enim
subcalida aqua mace-
rantur, usque dum ger-
minare incipiunt &
tunc ficcantur, ut mola
contundi possint. Hinc
nostrum *brauen* cerevi-
siam coquere. v. *Com-
mentarii de rebus Fran-
cia Orientalis*. T. II.
p. 904.

bliotheca RANZOVIANA, LIN-
DENBROGIUS.

p. 193 De Novitiorum procuratura studiis
postponenda.

194. Bona in *Grambeke*.
Vicariæ Magni, & Baptistæ.

195. Historica anni 1234.

196. Oblationes in Missis &c.

Super Quadrante terræ in *Osterholte*.
an. 1308.

Item super Quadrante alio, *ibid.* eod.

197. Memoriam & consolationes in Ecclesia
Sti WILHADI.

199. Constitutiones TUSCULANI Episco-
pi, Apostolicæ Sedis Legati. *

200. De Virtutibus Clericorum.

De Tabernis & Ludis Taxillorum; Fre-
quentatione Monialium; Hastiludiis
& Torneamentis Clericorum; deten-
toribus beneficiorum ad se non perti-
nentium; de una tantum Missa cele-
branda.

pag.

* Von diesem Päpstlichen
Bothschaffter Iohanne
Tusculano hat Nicolaus
STAPHORST in *Samb-
urgischer Kirchen-
Geschichte I. Th. II.
Bande*, p. 61. ff. ver-
schiedene lesenswürdige
Dinge angemercket;
woselbst er auch diese

Statuta Iohannis TUS-
CULANI, aus einer
Original Abschrift cum
lectionibus variantibus,
aus Phil. Labbei *Con-
cilior. T. XI. P. II. p.
1319. ff.* & Harduini
T. VII. p. 1132. ge-
druckten Abschriften, zu
lesen gibt.

- p. 201. De veneratione Sacramentorum; de portatione ad infirmos; alienatione rerum Ecclesiasticarum; duabus Vicariis non recipiendis; ætate eorum, quibus Parochiæ conferri possint; de tempore conferendi observando.
202. De interdictis locis; de beneficiis ab alieno collatore non accipiendis; venditione benedictionis nubentium, item sepulturæ; de Matricibus Ecclesiarum & earum Capellis; de provisione Ministerii in Ecclesiis; de Monachis intra Claustra continendis.
203. De ætate Monialium; de non occupandis bonis Ecclesiasticis.
204. de Patronis Ecclesiarum; de usuris; de Captivatoribus Clericorum.
205. De violatoribus Legatorum Apostolicorum; de direptoribus bonorum Ecclesiasticorum; de visitationibus Ecclesiarum; de confirmatione confirmandorum; de iis, qui incastellant ecclesias; de debitis defunctorum; de Spoliatoribus stratarum.
206. Emtores & venditores bonorum Ecclesiasticorum; de iis, qui bona capiunt propter obligationem pro persona, & propter guerras cum ipsis; de Apostatis, & circumforaneis; de Ædilibus Laicis; de iudiciis Clericorum.

p. 207. De Falsariis; de interdicto; de Conservatoribus; de excommunicatione anniversaria; de restitutione pignorum cum fortem usuræ æquant. Conclusio. anno 1287.

208. Sequuntur Constitutiones GUIDONIS Cardinalis. *

Præfatio.

209. De reverentia in Ecclesiasticos; de Clericorum Vita; de Concubinis, & fornicationibus; de Monialium ductione; de rebellionem Clericorum; de detentione Ecclesiasticorum bonorum.

210. 211. De læsione Clericorum; de Matrimonio; de habentibus plura beneficia; de processu contra Clericos; de detentoribus Ecclesiarum Laicis; de armis & negotiis intra Ecclesias non tractandis.

212. De Homicidiis *Bremæ* non raris; contra Simoniacos; de Testamento Clericorum.

Ne Moniales, nisi necessitate urgentur, Claustris exeant. Datum *Bremæ* anno 1266.

pag.

* Auch diese Constitutionis GUIDONIS finden sich gedruckt in LUNIGII *Spicileg. Eccles. Contin. I. app. p. 114.* und

in STAPHORST *Hamburgische Kirchengeschicht. II. B. p. 45. l.*

- p. 213. 214. Sequuntur Constitutiones GISEL-
BERTI Archiepiscopi, de Captivan-
tibus Episcopos; de Curiarum destru-
ctione; de Clericis profanis; de pugna
in Cæmeteriis; de moderatione pæna-
rum; Horum intimatio quatuor Tem-
poribus facienda. Datum *Stadis*. anno
1282. *
215. Confirmatio Præbendarum Ecclesiæ
Bremen. ab Ottone Legato Apostolico,
& Obedientiarum.
216. De ætate Canonicorum & Prælato-
rum; de residentia eorundem; de cu-
ra Decani. *Bremis* ann. 1230.
217. De Obedientia in *Remygestorpe* & *Iken-
busen*.
- Obedientia in *Lesmona*.
218. - Obedientia in *Alcuen*, seu in *Arsten*.
- Obedientia in *Diinsen*.
- Obedientia in *Waervlete*.
- Obedientia in *Hollen*.
- Statutum super Obedientiis.
219. Summa Beneficiorum Ecclesiæ *S. Ste-
phani* & *S. Wilbadi*.

Cen-

* Finden sich gleichfalls in
LUNIG. *Spic. Eccles.*
Cont. I. Part. I. p. 117.
und in STAPHORST.
I. c. p. 82. f. woselbst
aber im Beschluß das
Wort *Stadis* fehlet, und

das Jahr 1292. gelesen
wird: Datum & actum
A. Do. MCCLXXXII.
feria secunda post Do-
minicam, qua cantatur,
Lætare.

Census Regalis in margine.

Reditus Decanatus *St. Stephani & Wille-*
hadi Bremen.

Item Collationes vicariarum.

p. 220. Consuetudines Ecclesiae Sti WILLE-
HADI *Bremen.* p. 22 . 222.

222. Sententia definitiva Decani, inter Cano-
nicos & Thuribularios, super Lectione
ann. 1375.

223. De aliorum vicibus supplendis. a. 1356.

224. Quaestio de Interdicto. p. 225. 226.

227. Statutum de quinque Marcis tempore
emancipationis an. 1513.

228. Statutum de Pascuis. an. 1547.

229. De domo Lectorum, Diaconorum, &
Subdiaconorum an. 1392.

230. De Luminari coram Corpore Domini.

231. Memoriae & Consolationes defuncto-
rum in Ecclesia S. WILHADI. p. 231. f.

250. Lector - - * - - portabit Librum. ann.
1482.

De JOHANNE Archiepiscopo versus. ^{ms}

* Dis Wort ist nicht zu
lesen.

** Sind vermuthlich eben
dieselbe Verse welche

LINDENBROGIUS
albereits ansicht gestel-
let hat. v. *Scriptor. Rer.*
Septentrion. p. 103. f.

II.

SIGFRIDI *Archiepiscopi Charta, quæ*
fratribus S. Wilhadi donat decimam
Holen, in Parochia Lamstedt, quam
habuerunt Wernerus de Brema, &
uxor ejus Eylika. A. 1181.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.
 Ego SIGFRIDUS, Dei gratia *Bremens.* ec-
 clesiæ Episcopus, omnibus in Christo fide-
 libus, æterna beatitudinis gloria perfrui. Sicut
 ex sacris scripturis cognoscimus, certum est,
 ut si quis agrum, vel domum, vel quippiam
 suorum pro Christo dimiserit, centuplum re-
 cipiet & vitam æternam possidebit. Nos
 vero qui spirituales sumus, si quempiam ta-
 lium sectatorem Apostolici mandati videri-
 mus, qui sua, vel se ipsum, propter Deum re-
 liquerit, quoniam ipsorum vice fungimur,
 quam plurimum in Domino gratulamur.
 Dignum igitur duximus, notum facere tam
 futuris quam præsentibus in Christo fidelibus,
 qualiter decimam *Holen*, in parochia *Lameste-*
de, pro Christo & remedio animæ nostræ fra-
 tribus *Stæ Wilhadi* donavimus, quam *Werne-*
rus de Uthbrema, Ministerialis ecclesiæ nostræ,
 cum uxore sua *Eylika*, a nobis in beneficio te-
 nuerunt. Ipsi enim dum herede sibi placito
 care-

carerent, Christum sibi heredem esse decreverunt. Hoc ergo sano usi consilio à nobis postulaverunt, ut tum propter Deum & pro remedio animæ nostræ, tum & pro intuitu servitii ipsorum, hanc ipsam decimam memoratis fratribus sancti *Willebadi*, ut ibi ipsorum devotione ad Deum haberetur memoria, donaremus. Nos itaque intentissimam eorum considerantes voluntatem, bono eorum proposito refragari propter Deum ausi non fuimus: Sed memoratam decimam ab eis recipientes, fratribus, in ecclesia sancti *Willebadi* Deo militantibus, libere donavimus. Ut hæc vero rata permaneant, paginam hanc sigilli nostri impressione signavimus. & ne quis de cetero id infirmare conetur, banno, sub invocatione sancti Spiritus, stabilivimus. Facta est autem donatio hæc Anno Dominicæ incarnat. M^oC^oLXXXI^o. Jndict. XIV. die sancto *Pentecostes*.

III.

HARDWICI II. *Archiepiscopi, Charta super decimam in Bergthorpe, in Parochia Ganderekeshede, quam Ernestus de Ocle Fratribus S. Willebadi resignavit. An. 1189.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego HARDWICUS *Bremensis* Ecclesiæ Archiepiscopus. Ut justorum memoria, sicut apud Deum nota est, sic & apud homines memoriale eorum non derelinquatur in secula, necesse est, opera misericordiæ suæ diligenter reservare & reservata omni posteritati transmittere. Inde est, quod universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam futuris quam presentibus, notum esse cupimus, quod *Ernestus de Ocle*, cum collaudatione heredum suorum, tum pro animæ suæ remedio, tum pro pecunia, videlicet quinquaginta marcis argenti tribus minus, decimam in villa, quæ dicitur *Bergthorpe*, cum omni ejusdem decimæ proventu, nobis resignavit; ut nos fratribus sancti *Willebadi*, qui memoratum argentum exsolverunt, ad augmentandam eorum præbendam conferremus. Nos igitur idem utrobique commendantes & ratum habentes, jam dictam

dictam decimam in *Bergthorpe*, quod est in
 Parochia *Ganderekesbede*, prædictis fratribus
 conferimus, & collatam eisdem confirmamus,
 scripto & testibus, ac sigilli nostri impressio-
 ne, & sub anathematis interdicto confirma-
 tam roboramus; statuentes, ne quisquam de
 cetero quolibet modo dolis excogitatis, con-
 tra hanc confirmationis paginam, venire præ-
 sumat; siquis autem hoc attemptaverit in-
 dignationem Dei omnipotentis & beatorum
 Apostolorum, *Petri & Pauli*, sentiat, & de-
 bitam anathematis ultionem de malitiæ suæ
 meritis incurrat. Testium nomina hæc sunt.
Thidericus, majoris ecclesiæ Decanus, *Hard-
 wicus*, *Alverwinus*, Custos, *Baldwinus*, *Hamb-
 burgens.* Canonicus, *Wernerus*, ejusdem ec-
 clesiæ Canonicus. Laici vero hi: *Alardus*,
 Advocatus, *Ericus de Bedevikesba*, *Engelber-
 tus de Walle* & alii plures. Factum Anno
 Dominicæ incarnationis. M^o C^o LXXXVIII^o.

IV.

HARDWICI II. *Archiepiscopi, Col-
latio Decimæ in Embecke, quam
Hermannus de Reke vendidit Fratri-
bus S. Willehadi. An. 1203.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.
Ego HARDWICUS, Dei gratia Sanctæ
Bremens. ecclesiæ Archiepiscopus, uni-
versis Christi fidelibus in vero salutari salu-
tem. Omnibus ecclesiis, & maxime iis, no-
stræ sollicitudini, Deo annuente, commissis
non tantum præesse, sed &, quantum possu-
mus, divinæ retributionis obtentu prodesse
cupientes; ne quid eis in possessionibus suis,
vel per ignorantiam, vel per malignantium
iniquitatem, vel per oblivionem depereat
inposterum, commodum duximus, scripti
nostri monumentum adhibere. Notum sit
ergo omnibus, tam præsentis, quam succes-
sivæ ætatis, hominibus, veritatem hujus actio-
nis scire volentibus, quod dominus *Herber-
tus*, majoris ecclesiæ *Bremens.* Canonicus, ec-
clesiæ *St. Willehadi* apud *Bremam* Canoni-
cus & Præpositus, suæ suorumque salutis de-
vote intendens, decimam in *Embecke* sive *Em-
cke* à *Hermann* milite *de Reke*, consentien-

tibus

tibus fratribus suis, *Ecberto & Gyselberto &*
nullo contradicente, nostro etiam acceden-
te consensu, emit & laudabili discretione apud
nos, & apud ipsum *Hermannum* & prædictos
fratres suos, hoc obtinuit, ut tam ipse *Her-*
mannus, quam omnes fratres sui, cum pluribus
cognatis eorum, ad *Bremam* ad nos acceden-
tes, eandem decimam idem *Hermannus* nobis
resignaret, quod de manu nostra eam tenuit,
ita ut ab illo tempore nec ipsi, nec alii here-
des eorum, aliquid Juris in ea sibi possent
addere. Nos etiam pium ejus desiderium
agnoscentes, ad petitionem suam præfatam
decimam in *Embeke* sive *Emceke*, quam à
prædicto *Hermannno de Reke*, & fratribus suis
consentientibus, sic absolvit, ecclesiæ Sanctæ
Willebadi perpetuo Jure possidendam contu-
limus, ita ut liceret ipsi Præposito *Herberto*,
de ipsa decima, quicquid vellet, ad honorem
Dei & prædictæ ecclesiæ beati *Willebadi* or-
dinare. Siquis vero hujus nostræ auctorida-
tis privilegium irritare tentaverit, aut quo-
quo modo, in parte vel in toto, infringere
nifus fuerit, sit excommunicatus à corpore &
vivifico sanguine Domini nostri Jesu Christi,
& à sanctæ matris ecclesiæ aditu separatus.
Cunctis autem hanc ordinationem nostram
servantibus, sit pax domini nostri *Jesu Chri-*
sti, quatenus & hic fructum bonæ actionis
percipiant, & apud districtum Judicem præ-

mia æterna & pacis inveniant. Actum An-
 no incarnationis Dominicæ M^oCC^oIII^o.
 Kal. Juny. Testes: *Segehodo*, sancti *Pauli* Ab-
 bas, *Otto*, major Præpositus, *Hardwicus*, De-
 canus, *Godescalcus*, Scolaſticus, *Heinricus de*
Bekeshovede, majoris eccleſiæ Canonicus;
 Laici: *Alardus* Advocatus, *Otto*, *Pincerna*,
Thidericus Marſchalcus, *Bernhardus de Vlas-*
dale, *Borchardus de Swanewede*, *Bertoldus*
Wvideke & alii plures tam Clerici quam
 Laici. Datum per manum *Hamburgens.* ec-
 cleſiæ Scholaſt. *Alardi.*




GERHARDI II. Archiepiſcopi, Colla-
 tio Decime in Arſten, quam habuit
 Gerhardus de Groepelinge, facta
 Fratribus S. Willehadi in Brema.

An. 1225.

In nomine Sanctæ & individuae Trinitatis.
 GERHARDUS, Dei gratia sanctæ Bre-
 mens. eccleſiæ Archiepiſcopus, omnibus
 ad quos præſens ſcriptum pervenit, ſalutem
 in domino. Cum circa eccleſias noſtro re-
 gimini commiſſas, tam temporalem quam
 ſpi-

spiritualem curam gerere nos oporteat, & ut nimirum per Nos incrementum recipiant propensius deceat intendere, necesse est, ut eis, quibus aliquid nostræ benignitatis gratiæ impertimur, ita studeamus prospicere, ne eis potuit aliquis in posterum dubitationis scrupulus suboriri. Sciant igitur præsentis, & cognoscant posteris, quod cum ecclesiæ nostræ Ministerialis *Gerhardus de Gröpellinge*, quandam partem decimæ in *Arsten* de octo jugerum terris cum suis pertinentiis, quam à nobis tenuit, consentientibus & pari voto resignantibus uxore sua *Bertrade*, & filiis suis *Borchardo*, *Bernardo*, *Gerhardo*, *Hinrico*, *Johanne*, in manus nostras sub multorum testimonio resignasset; Nos ipsius decimæ proprietatem, ad nos pertinentem, Ecclesiæ beati *Willehadi* in *Brema*, & Canonicis inibi servantibus, contulimus in proprium, sperantes ab omnium bonorum retributore Deo recipere mercedem æternam, qui non muneris gravitatem, sed dantis potius pium considerat & remunerat affectum. Ut autem hæc nostra donatio prædictæ ecclesiæ rata permaneat, & omni ævo inconvulsa, præsentem super hoc paginam conscribi & sigilli nostri munimine & testium, qui aderant, impositione fecimus roborari. Testium autem nomina sunt hæc, *Conradus*, Sancti Pauli Abbas, fratres Sancti *Willehadi*, Præpositus & ejusdem ecclesiæ

Conventus, *Lambertus*, Sancti *Anscharii* Præpositus, Magister *Wilbrandus*, *Bremensis* ecclesiæ Canonicus, *Arnoldus*, *Didericus*, *Lutbertus*, *Ernestus*, Capellanus Domini Archiepiscopi. Ministeriales *Engelbertus de Bekesboevede*, *Jacobus & Thidericus de Urbe*, *Brüningus & Alardus de Hutba*, *Albero de Beringen*, *Gerhard & Thidericus*, *Hinricus de Horne*, *Bertoldus*, *Bertrami* filius & alii quam plures. Datum *Bremæ* per manum *Arnoldi* nostri Notarii Anno Domini M^oCC^oXXV^o. Indictione tertia decima, Pontificatus nostri Anno sexto.



VI.

GERHARDI II. *Archiepisc. Collatio
Decimæ in Dunsen, & quadrantis in
Gronlande, facta Capitulo S. Wille-
hadi. An. 1225.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.
GERHARDUS, Dei gratia *Bremens.*
Sanctæ Ecclesiæ Archiepiscopus ad quos
præfens scriptum pervenerit salutem in Do-
mino. Cum circa ecclesias nostro regimini
commissas, tam temporalem quam spiritu-
alem curam gerere nos oporteat, & ut eti-
am per nos incrementum percipiant propen-
sius deceat intendere, necesse est, ut eis, qui-
bus aliquid nostræ benignitatis impertimur,
ita studeamus prospicere, ne eis possit ali-
quis imposterum dubitationis sive contrari-
etatis scrupulus suboriri. Sciant ergo præ-
sentes & cognoscant posterius, quod cum *Tbi-
dericus de Hacbrucke*, Dapifer noster & Eccle-
siæ nostræ Ministerialis, decimam in *Dünssen*,
cum omnibus suis pertinentiis, quam à no-
bis tenuit, & quadrantem in *Gronlande*,
cum omni Jure, videlicet advocatia, decima,
& omni Jure ad eundem quadrantem perti-
nente, quem etiam à nobis tenuit, consen-
O s tien-

tientibus & pari voto resignantibus, uxore sua *Bertrade* & filiis *Bernbardo*, *Hinrico*, *Thiderico*, in manus nostras resignasset; nos prædictorum bonorum proprietatem, cum omni Jure suo ad nos pertinentem, ecclesiæ sancti *Willebadi* in *Brema* & Canonicis inibi Deo servientibus, contulimus in perpetuum, sperantes ab omnium bonorum retributore Deo mercedem recipere æternam. Ut autem hæc nostra donatio rata permaneat, & ab omni ævo inconvulsa, præsentem super hoc paginam conscribi & sigilli nostri munimine, & testium, qui aderant præsentibus, impositione fecimus roborari. Testium autem nomina hæc sunt, *Hermanus* majoris ecclesiæ Decanus, *Lambertus* sancti *Anschary* Præpositus, *Alardus*, *Bernbardus*, Canonici *Bremenses*, Capitulum sancti *Willebadi*, *Conradus* comes de * * * Ministeriales vero *Thetwardus* & filii, *Sifridus* & *Thidericus*, *Brüningus*, *Lippoldus*, & fratres sui, *Alardus* & *Borchardus* de *Gröpeling*, *Gerhardus* & alii quamplures. Datum *Bremæ* per manum *Lutberti* nostri notarii. Anno Domini M^oCC^oXXV^o. Indictione tertia decima, Pontificatus nostri Anno sexto.

VII.

GISELBERTI *Archiepisc. Charta super reemtionem duarum terrarum, vulgariter Lant, in Villa Habenhusen, ab Alberone Milite de Line, Socero Henrici de Bekeshövede, ad instantiam Capituli S. Wilhadi. An.*

1287.

Giselbertus, Dei Gratia Sanctæ *Bremensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus præsens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Ne longævi temporis oblivio posteris inducere valeat scrupulum * - - - - nostrum sigillum, quo super præpositura *Bremensi* utimur, huic scripto duximus apponendum, quod sigillum super præpositura Sancti *Willebadi* non habemus speciale. Datum *Bremæ*, Anno Domi-

* Ist bereits gedruckt zu finden in MUSHARDI Denkmal. p. 104. mit

welchen abdruck unsere aufcultirte copey wortlich übereinkommt.

Domini M^oCC^oLXXX. septimo. In crastino
sancti *Vincenty* martyris.

Auscultatæ sunt præsentēs copiæ per me
& concordant cum literis in publico *Originali*
libro statutorum, bonorum & privilegiorum
Capituli sancti Willehadi Bremen. in Charta
pergamena mihi exhibito Anno M^oCCC^oVII.
scriptis. num. 11. 15. 16. 8. 9. & 19. quod
attestor hac manus meæ subscriptione &
Sigilli Notariatus appositione,

(L. sign.
Dn. Notar.
Publ.)

ALBERTUS COCH,
fac. Cæs. Maj. Aut.
Notarius publicus.



ino
me
ali
um
arta
VII.
od
&

MONUMENTA INEDITA

Historiam

HILDEBOLDI

ARCHIEPISCOPI

Bremensis

ILLUSTRANTIA.

Io-
Bo-

Sorbericht.

Son dem Bremischen Erzbischof GERHARD den II. davon wir so eben zwei Urkunden haben abdrucken lassen, finden sich in unserm Codicillo Diplomatum Liliendalensium noch XIX. vorhin ungedruckte. Er hat nicht 37. Jahr, wie Nicolaus STAPHORST in *Hamburg Kirchen-Geschichte*, II Band, p. 35. behauptet; sondern 39 Jahr den Erzbischoflichen Stab geführt; In Charta super deciman in Rekem heisset es: Datum Vordæ Anno Domini M^oCC^oLVIII^o Mense Maj. Pontificatus nostri XXXIX. v. *Diplom. Liliend.* p. 73. Nach seinem Tode, welcher a. 1258. festo Pantaleonis die erfolgete, v. Nic. SCHATEN *Annal. Paderborn.* T. II. p. 98. ist HILDEBOLD ein Graf von Wunstorp, welcher damals Archidiaconus in *Rustringen* war, zum Erzbischof, wiewohl nicht ohne grossen Streit, wieder erwöhlet worden. Polycarp LEYSER in *Historia Comitum Wunstorpiens.* p. 43. hat von Ihm weiter nichts als dieses: „HILDEBOLDUS, Ludolfi Frater, „Canonicus Bremensis & Præpositus Rustringæ v. Cranz. *Metrop. Lib. 8. c. 20. & 24.* „Qui Familiæ Bruchusiæ hunc faciunt, errant; repugnant enim diplomata. v. Henr. MEIBOM. *Rer. Germ. T. I. p. 442.*“ Welches alles, ohne einigen Zusatz und Veränderung, auch

auch also in dem angeführten Orte des MELBOMS stehet. Beide haben also nicht gewusst/ oder es vergessen anzuführen, daß HILDEBOLD von 1258. bis 1273. d. 11 Octobr. und also funfzehen Jahr und darüber Bremischer Erzbischof gewesen; da doch von Ihm in Historia Archiepiscop. Bremens. ap. LINDENBROG. p. 100. bezeuget wird: „Iste HILDEBOLDUS „gloriose Ecclesiam Bremensem rexit, & eam „potestate & divitiis ampliavit.

Die Diplomata dieses Erzbischofs sind gar sparsam, und nur wenige derselben durch den Druck bekannt worden. In der LINDENBROGISCHEN Sammlung ist gar keines, und in STAPHORST Hamb. Kirchenh. nur ein einziges zu finden. Die bis hieher ans Licht getretene Urkunden sind:

HILDEBOLDI Archiepiscopi Brem. Verdrag mit der Stadt Bremen Ann. 1259. ist aus gnugsam bekannten Ursachen zu wiederholten malen im Druck erschienen/ und zu finden, sowohl in *Assert. Jur. Archiepiscopal.* im Abdruck, in CONRINGS *Gründlichen Bericht* in *Assert. Libertat. Reip. Brem.* p. 743. Als auch in LUNIGS *R. Arch. Cont. II.* p. 443.

- - - Confirmatio Privilegii a *Frideric*o I. Imp. *Hamburgensibus* indulti. Act. apud *Bardesflete* a. 1267. v. LAMBEC. *Origin. Hamburg.* L. II. p. 63. & LUNIG *l. c. Contin. IV.* 1 Th. p. 928.

HIL-

HILDEBOLDI Privilegium *Hamburgensibus* indultum de modo persolvendi vectigal *Stadense*. Dat. *Vordæ* a. 1268. v. LAM-BEC l. c. p. 64. LUNIG l. c. p. 928.

- - - - - Confirmatio Privilegiorum ac possessionum *Ecclesiæ Hamburgensis*. Dat. *Stadis* a. 1271. v. STAPHORST *Hamb. K. Gesch.* T. II. p. 55.

Diesen vier Urkunden, ausser welchen mir von HILDEBOLD keine im Druck bekannt, muß noch beigezehlet werden, diejenige welche Otto Melchior von der DECKEN in der zu Göttingen 1740. unter den Vorsiß des Hrn. Georg. Henr. AYRERS gehaltenen Dissertation de *Jure occupandi bona vacantia*, p. 48. C. zuerst ans Licht gestellet hat,

HILDEBOLDI, Archiepisc. *Brem.* Privilegium *Civitati Stadenfi* concessum. Dat. *Stade*, an. 1259. Welches wir nebst HILDEBOLDI Arch. *Brem.* ungedruckten Privilegio de *Jure monetandi Consulibus & Burgensibus Civitatis Stadenfis* concessio. Dat. *Bremæ* a. 1272. und vielen andern Monumentis ineditis *Historiam Stadensem* illustrantibus, in den nachstfolgenden Stücken ex Originali, so Gott die Gesundheit verleihet, mittheilen wollen.

Je seltener nun die Diplomata Hildeboldiana sind, um so viel angenehmer wird es Zweifels ohne seyn, alhie zwölf noch niemals vorher gedruckte

druckte Urkunden dieses Erzbischofs zu lesen; als
nemlich

- I. HILDEBOLDI Archiepisc. Brem. Compositio discordiæ inter Conventum de *Liliendale* & Juratos ac Parochianos Ecclesiæ Parochialis *Lesmonæ*. A. 1259.
- II. *Ejusd.* Charta, qua cum consensu Capituli proprietatem agri cujusdam in *Stelrebroke*, ac decimæ majoris ac minoris, quæ *Ochtum* dicitur, Ecclesiæ in *Liliendale* confert. A. 1260.
- III. *Ejusd.* Charta, qua Curiam *Otterstede*, cum Capella & attinentiis, Conventui in *Liliendale* titulo permutationis confert perpetuo possidenda. A. 1264.
- IV. *Ejusd.* Charta, qua confirmatur permutatio bonorum quorundam, facta a Monasterio in *Liliendale* cum *Martino de Hutba*. A. 1264.
- V. *Ejusd.* Charta, qua Curiam in *Lesmona*, quam *Henricus de Hutba*, dictus *Saxo*, resignavit, confert Ecclesiæ in *Liliendale*. A. 1269.
- VI. *Ejusd.* Confirmatio Concambii bonorum in *Alrebeke*, quæ recepit Monasterium in *Locken* pro bonis in nova terra juxta *Bremam*, & in *Osleveshusen*. A. 1270.
- VII. *Ejusd.* Charta, qua Abbati in *Locken* confert curiam *Alrebeke*, & Mansum in *Nyenstede*, quæ bona *Wilbrandus de Holle*, Miles, resignavit. A. 1271.

- III.** *Ejusd.* Charta super proprietatem bonorum in *Mercele*, & decimæ majoris & minoris, quæ *Ochtum* dicitur. A. 1271.
- IX.** *Ejusd.* Charta super proprietatem dimidii mansi in *Woldesbutle*, quam *Rodolphus de Broke* Conventui in *Liliendale* resignat. A. 1271.
- X.** *Ejusd.* Charta super Curiam in *Alrebeke*, ut illam *Wilbrandus de Holle* in feodo recipiat de Abbate *Loccumensi*. A. 1272.
- XI.** *Ejusd.* Diploma super domum in *Quelicbhorne*, quam *Bartholdus de Otterstede* contulit *Claustris* in *Osterbolte*, & *Liliendale*. A. 1272.
- XII.** *Ejusd.* Charta, qua in *Tervenstede* modium filiginis, dictum *Stetlerscepel*, Ecclesiæ in *Liliendale*, confert. A. 1272.

I.

HILDEBOLDI Archiepisc. Brem.

*Compositio discordiæ inter Conventum
de Liliendale & juratos ac Parochia-
nos Ecclesiæ Parochial. Lesmonæ.*

A. 1259.

HILDEBOLDUS, Dei gratia Sanctæ
Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus,
omnibus præsentem paginam inspectu-
ris in perpetuum. Quum singulis jus suum
integraliter est observandum, ut sic tandem
quiete vivant homines; Notum esse volu-
mus tam præsentis quam futuræ ætatis homi-
nibus, quod discordia, quæ ex una parte in-
ter Conventum de *Liliendale*, qui jus Patro-
natus habere dignoscitur Ecclesiæ Parochial.
Lesmonæ, & inter Juratos & Parochianos
ejusdem Ecclesiæ ex altera parte versabatur,
nostro accedente consensu determinata est,
secundum formam subscriptam: Præfatus
etenim Conventus duas areas, in eadem *Les-
mona* juxta puteum sitas, & decimam quan-
dam agrorum, in orientali parte villæ *Mer-
cele* sitam, a *Johanne*, Milite antiquo de *Mer-
cele*, memoratæ Ecclesiæ collatam, ad se in-
tegraliter pertinentes, & medietatem quo-
rundam agrorum in eadem villa *Mercele*
P 2 sitorum,

fitorum, & decimæ trium jugerum in *Les-*
munderbroke, & sex modiorum avenæ in
Sandome, ad se pertinentes, ad structuræ &
 luminarium ornatum sæpe dictæ Ecclesiæ li-
 beraliter assignavit; ita duntaxat, ut Jurati
 de prædictorum bonorum fructibus & aliis
 Ecclesiæ proventibus ordinanda, secundum
 Præpositi consilium, qui pro tempore fuerit,
 disponant, & consensum. Memorati nihilo-
 minus Jurati, de universali Parochianorum
 consensu, actioni, quam sibi super medietate
 quorundam agrorum, in sæpedicta *Lesmona-*
fitorum, pro bonis in *Bardemisch* commuta-
 torum, & novem *Hupt in Dug* & quorun-
 dam agrorum in *Lesmunderbroke*, quos *Theo-*
doricus durus excolit, & dimidiæ terræ in
Nettelwerde, competere asserebant, liberaliter
 renunciaverunt, ipsam medietatem sæpe dictæ
 Ecclesiæ in *Liliendale* perpetuo assignando.
 Ut autem hæc ordinatio a posterorum ca-
 lumniantium insultibus sit secuta, præsentem
 paginam dictis contulimus Juratis & Paro-
 chianis, nostri Sigilli munimine roboratam.
 Testes hujus rei sunt *Sifridus* & *Heinricus de*
Brema, *Erpo de Lunenberg*, *Luderus de Hutha*,
Hermannus de Oumunde, *Constantinus de Dug*,
 Milites; *Theodoricus Wridecke*, *Martinus* &
Johannes, fratres, *Henricus Saxo*, *Albertus de*
Hutha, *Gerhardus* & *Bruningus* fratres, *Jo-*
hannes & *Hermannus*, *Albertus* & *Johannes*
de Mercele, *Johannes de Dug*, *Luderus* & *Gi-*
selber.

selbertus de Lobbenthorpe, & alii quam plures.
Acta sunt hæc Anno incarnationis Domini
M^oCC^oLIX^o. Pontificatus nostri anno primo.
Datum in *Lesmona* pridie beati *Gregorii*.

II.

HILDEBOLDI Archiep. Brem. Char-
ta, qua cum consensu Capituli proprie-
tatem agri cujusdam in Stelrebroke,
ac decimæ majoris ac minoris, quæ
Ochtum dicitur, Ecclesiæ in Lilien-
dale confert. A. 1260.

H*LDEBOLDUS*, Dei gratia Sanctæ
Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus,
universis Christi fidelibus præsentem
paginam inspecturis salutem in perpetuum.
Quum omnium habere memoriam est divi-
num potius, quam humanum; ideo ne su-
per actibus hominum, qui pro tempore ce-
lebrantur, in posterum possit calumnia subo-
riri, necesse est, ipsos scriptis vel literis
commendari. Elucescat igitur tam præsen-
tibus, quam futuris, quod nos, de commu-
ni nostri Capituli consensu, proprietatem
cujusdam agri in *Stelrebroke*, qui *Stucke* vo-
catur, cum Decima majore & minore, quæ
vulgariter *Ochtum* dicitur, & omnibus atti-

nentiis; & item proprietatem decimæ majoris & minoris, quæ vulgariter *Ochtum* dicitur, quatuordecim similium agrorum ibidem sitorum, ad nos pertinentem, a Domino *Ottone Pincerna* & suis liberis & Hæredibus, ad quos spes erat ea post mortem suam posse devolvi, nobis resignata, qui ea de manu nostra titulo tenuit feudali, Ecclesiæ in *Lilientale*, ad sustentationem Famularum Christi ibidem Deo famulantiam, liberaliter contulimus jure perpetuo possidendam. Ut autem præfata Ecclesia a posterorum calumniantium insultibus tuta sit, & ex nostra provisione perpetua gaudeat securitate, præsentem paginam Sigilli nostri munimine roboratam contulimus perpetuo valituram. Testes hujus rei sunt *Sifridus & Henricus* fratres dicti *de Brema*, *Erpo de Luneberge*, *Albero de Line* & *Gerfridus* filius suus, *Simon de Heine*, *Henricus Wersebe*, *Amelingus* & *Johannes de Stelle*, *Luderus de Hutha*, *Hermannus de Oumunde*, *Henricus de Utblede*, *Sifridus de Strothehusen*, *Hildewardus*, *Eckericus* & *Segebodo de Reken*, Milites. *Theodoricus Wrideke*, *Seghehardus de Heyne*, *Martinus*, *Johannes*, *Henricus*, *Johannes*, & *Albertus de Hutha*, *Johannes*, *Gerhardus*, *Bruningus* & *Hermannus de Mercele*, *Johannes* & *Luderus de Wersebe*, *Albero*, *Fridericus* & *Henricus de Stelle* & alii quam plures. Acta sunt hæc Anno incarnationis Domini

mini M^oCC^oLX. Pontificatus nostri Anno
secundo. Datum in *Vorde* in die beati
Matthiae.

III.

HILDEBOLDI Archiepisc. Brem.
*Charta, qua curiam Otterstede, cum
Capella & attrinentiis, Conventui in
Liliendale titulo permutationis con-
fert perpetuo possidenda.*

An. 1264.

HILDEBOLDUS, Dei gratia sanctæ Bre-
mensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Hen-
ricus Decanus, totumque ejusdem
Ecclesiæ Capitulum, omnibus tam præsen-
tibus quam futuris in omnium Salvatore sa-
lutem. Propter labilem memoriam & varia-
biles hominum voluntates, summopere ne-
cessarium æstimamus, ut ea, quæ rata & in-
convulsa debent perpetuo permanere, scri-
pturarum præsentia roborentur, ut ipsarum
inspectione certificari valeant, qui super his,
quæ acta sunt, quemadmodum aliquotiens
contingit, inciperent dubitare. Hinc est,
quod notum esse volumus universis, quod
honorabilibus & dilectis in Christo Abba-
tissæ & Conventui sanctæ *Mariæ* Virginis in

Liliendale, nostræ Dioecesis, Ordinis *Cisterciensis*, de unanimi consensu curiam *Otterstede* cum Capella & omnibus attinentiis, tam in ædibus, quam in agris, aquis & pascuis, domum *Suderoes*, domum *Lune*, duas domus piscatorum in *Detwedele*, locum *Beverlo*, ab advocatia & servitio & quovis onere ex parte nostra libera & absoluta, omnia prædicta contulimus titulo permutationis perpetuo possidenda, recipientes curiam in *Wolda*, & tres domos cum suis attinentiis nobis in restaurum. Hujus rei testes sunt *Ericus* Archidiaconus *Rustringiæ*, *Albertus* Cellerarius, *Thidericus de Tossen*, *Thidericus de Apen*, *Engelbertus de Sehusen* Canonici Bremenses. *Erpo de Lunenberge junior*, *Amelungus de Stelle*, *Sifridus de Schadehusen*, *Eckericus de Reken*, Milites. *Johannes de Merzele*, tum Advocatus Bremensis, *Herbertus* juxta aquam, *Gerbertus parvus*, *Johannes de Haven*, *Henricus Doneldey Senior*, *Albero Doneldey* & frater suus *Henricus*; *Conradus de Verda*, *Willekinus de Haven*, *Bodekinus Dux*, *Roberto Thidericus de Stienborg*, *Rudolphus de Verda*, Cives Bremenses, & alii quam plures; Ut autem ea, quæ præmissa sunt, perpetuo rata & inconvulsa permaneant, præsentem paginam sigillis nostris duximus munendam. Datum *Bremæ* XVI. Calend. Maji Anno Domini M^oCC^oLXIV^o Pontificatus nostri Anno quinto.

IV.

HILDEBOLDI Arch. Charta, qua confirmatur permutatio bonorum quorundam facta a Monasterio in Liliendale cum Martino de Hutha.

A. 1264.

H*LDEBOLDUS*, Dei gratia sanctæ *Bremensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus scriptum præsens visuris salutem in Domino. Notum esse cupimus universis & præsentibus protestando, quod *Futta*, Abbatissa & Conventus Monasterii in *Liliendale*, domum unam, apud *Stotlo*, *Martino de Hutha* & justis Hæredibus ejusdem, nobis & quibusdam Ministerialibus Ecclesiæ nostræ præsentibus, per concombium dimiserunt. Recipientes ab eodem medietatem curiæ apud *Lesmonam* beati *Martini* cum pertinentiis ejusdem. Nos ergo huic permutacioni de consensu partium factæ grato occurrentes assensu, proprietatem dictæ medietatis curiæ Monasterio dedimus memorato, recipientes proprietatem domus supradictæ. Ne vero de jam dicta ordinacione alicui dubium oriatur, præsens scriptum Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Testes sunt *Heyno* Advocatus *Stadensis*, *Erpo* de *Lunenbergo*, *Wedekindus* de *Osca*, *Henricus* de *Brema*, *Luderus* de *Hutha* Milites, & alii quam plures. Datum *Scerembeke*, Kal. *Septembr.* Anno Domini *M^oCC^oLXIV^o*, Pontificatus nostri sexto.

V.

HILDEBOLDI Archiep. *Brem.* Charta, qua curiam in *Lesmona*, quam *Henricus* de *Hutha*, dictus *Saxo*, resignavit, confert Ecclesie in *Lilientale*. A. 1269.

HILDEBOLDUS, Dei gratia sanctae *Bremensis* Ecclesiae Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus perpetuam in Domino salutem. Notum esse volumus universis hanc paginam inspecturis, quod nos ob reverentiam Dei & ejus intemeratae Genetricis, semperque *Virginis Mariae*, & animae nostrae salutem, proprietatem medietatis curiae in *Lesmona*, quam *Henricus* de *Hutha*, dictus *Saxo*, a nobis feudaliter possessam in manus nostras resignavit, libere contulimus Ecclesiae in *Lilientale*, Ordinis *Cisterciensis*,

ciens, jure perpetuo possidendam. Hujus rei testes sunt *Engelbertus* Decanus, *Thidericus de Apen*, Cantor, *Otto de Thefholte*, Scholasticus, *Johannes*, Thesaurarius, Majoris Ecclesiæ Canonici. *Thetmarus*, *Gevehardus*, *Herardus*, *Bernardus de Bederikesa*, *Sifridus de Brema*, *Luderus de Hutba*, *Bruningus de Mercele*, *Arnoldus de Nienlande* & *Reinerus de Bollande* Milites; *Albero de Stelle* & *Hermannus*, *Hermannus de Mercele*, & *Johannes*, dictus *Pape*, de *Bederikesa*, Ministeriales nostri, & alii quam plures. Ne igitur hoc factum nostrum laudabile a quoquam homine ausu temerario valeat irritari, præsentem paginam Sigilli nostri appensione fecimus fideliter muniri. Acta sunt hæc Anno Domini M^oCC^oLX^oIX^oVII. *Kalend. Febr.*

VI.

*HILDEBOLDI Archiepisc. Bremen.
Confirmatio Concambii bonorum in Al-
rebeke, quæ accepit Monasterium
in Lucken pro bonis in nova terra
juxta Bremam, & in Osleves-
husen. A. 1270.*

(Ex Cartulario Monasterii LOCCUMEN-
SIS an. 1277. conscripto.)

H*ILDEBOLDUS*, Dei gratia sanctæ *Bre-
mensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, uni-
versis Christi fidelibus salutem in vero
salutari. Ad notitiam universorum, quibus
Charta præsens fuerit revoluta, pervenire
desideramus, qualiter Monachi in *Lucken*
cum *Everhardo*, Ecclesiæ nostræ *Bremensis*
qui dicitur *Walle* Ministeriale, quorundam
bonorum de nostro & heredum suorum
consensu fecerint concambium. Dedit itaque
prædictus *Eberhardus* memoratis Monachis
bona sua in *Alrebeke* (*), cum universis pro-
ven-

(*) Das kleine Dorf *Alre-
beke* ist mit in MUN-
CHEHAGEN gezogen;
Die Stelle, wo es beles-

gen gewesen, ist noch be-
kannt. Tho ist daselbst
eine schöne Waldung, der
Loccumer - Berg ge-

ventibus eorum, excepta una fovea, de qua lapides excidantur, quam nos nostris & successorum nostrorum usibus reservamus. Dederunt itaque & Monachi supradicto *Everbardo* dimidium mansum in *nova terra*, juxta *Bremam*, & domum unam in *Ostleveshusen*, cum universis fructibus inde provenientes. Interposuit etiam *Everhardus* hanc conditionem, si forte Dux H - - - bona in prædicta *Nova terra* aliqua possedit, & hæc eadem bona, quæ supradiximus, quæ Monachi *Everbardo* in Concambium dederunt, cum aliis bonis quolibet modo reciperet; Idem *Everardus* bona jam sepe memorata, scilicet in *Alrebeke*, quoadusque Monachi ea de manu Ducis liberent, recipiat. Nos ergo hujusmodi Concambium prout utrobique rationabiliter ordinatum est, ratum habentes, beatorum Apostolorum *Petri & Pauli* & nostra autoritate firmamus, omnimodo inhibentes, ne quis de cetero contra hoc venire præsumat, aut aliquid de his, sine partium consensu pari, aliquid immutare. Ut autem hæc firmiora permaneant Sigilli nostri impressione, & testium munimine roboravimus.

VII.

nannt, worinnen noch die
Steinbrüche zu sehen,
aus welchen ein Bremit-
scher Meister binnen 50.
Jahren die große Loc-

cumsche Kirche erbauet;
Die Feld-Fluhr und was
sonst dazzu gehöret hat,
lieget im Loccumsey. in
Berichte. G. - - A. L.

VII.

HILDEBOLDI Archiepisc. Bremen. Charta, qua Abbati in Lucken confert curiam Alrebeke, & mansum in Nyenstede, quæ bona Wilbrandus de Holle, Miles, resignavit.

A. 1271.

(E Cartulario supra laudato.)

H*ILDEBOLDUS*, Dei gratia sanctæ *Bremensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in nomine Jesu Christi. Obsequiosa devotio, quam dilecti in Christo Abbas & Conventus Sanctæ *Mariæ* in *Lucken*, ordinis *Cisterciensis Mindens*. Diocesi nobis exhibent incessanter, apud nos promeretur, ut assidue eorum profectibus intendamus. Hinc est, quod ad singulorum notitiam desideramus pervenire, quod nos eorum precibus inclinati, de consensu Decani & Capituli nostri, ipsis & eorum Ecclesiæ *Luccensi*, curiam *Alrebeke*, cum omnibus pertinentiis suis, quocunque nomine censeantur, & unum mansum situm in *Nyenstede*, quæ bona
Wil-

Wilbrandus, Miles dictus *de Holle*, a nobis tenuit in feodo, in proprietatem conferimus, & donamus perpetuo possidenda; Unde, ne hoc factum nostrum tractu temporis in dubium revocetur, presens scriptum Sigillis nostro & Ecclesiae nostrae fecimus roborari. Actum *Bremæ* XV. Kal. *April.* Anno a *Nativitate Domini* M^oCC^oLXXI^o.

II.

HILDEBOLDI Archiepisc. Bremen.
Charta super proprietatem bonorum
in Mercele & decimæ, quæ Ochtum
dicitur. A. 1271.

H*ILDEBOLDUS*, Dei gratia sanctæ *Bremensis* Ecclesiae Archiepiscopus, universis Christi fidelibus, hanc paginam inspecturis, in salutis autore salutem. Ne propter humanæ memoriæ labilitatem, & ad dissentiendum facilitatem, ea, quæ conveniunt inter partes, ab aliquibus in dubium revocentur, satius est, rationabiliter acta scripti fidelis perennitati committere, quam quæ sua sunt quærentium cavillationi subicere, & altercationibus materiam præparare. Hinc est, quod cum *Jutta*, *Abbatissa* & *Werno*,
Præ-

Præpositus Monasterii Sanctimonialium in *Liliendale* ordinis *Cisterciens.* tres domos in *Mersele* cum Decima majore & minore, quæ vulgariter *Ochtum* dicitur, & omnibus suis appendiciis, ab *Hermannno de Mersele*, Ministeriali nostro, pro septuaginta & tribus Marcis argenti comparaverint; Et idem *Hermannus* sibi de pecunia satisfacto, bona eadem in manus nostras, cum hæredibus omnibus, ad quos spes esset ex morte ipsius eadem bona posse devolvi, libere resignavit; Nos eorundem bonorum proprietatem, quæ dictus *Hermannus* a Nobis tenebat, ob spem remissionis peccaminum nostrorum, Monasterio contulimus prænotato jure perpetuo possidendam. Ad plenioram igitur hujus rei notitiam presentem Chartam Sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes huic contractui interfuerunt: *Sifridus*, Præpositus de *Sevena*, *Henricus de Sulthorne* Ecclesiæ nostræ Canonicus; *Gerhardus Vole*, *Olvicus de Hekelhusen*, fratres ordinis Prædicatorum de *Brema*; *Luderus*, *Martinus*, *Albertus*, & *Luderus junior de Hutha*, *Didericus de Mersele*, *Sifridus de Schadenhusen*, Marscallus Noster, & *Raven de Lesmona*, Milites Ministeriales nostri, *Didericus* Advocatus de *Hagen*, *Mauritius de Hutha*, *Gerwardus*, filius *Bruningi*, & *Gerwardus*, filius *Johannis de Mersele*, & alii quam plures. Datum *Wolde* Anno Domini M^oCC^oLXXI^o. Pontificatus nostri Anno XIII. IX.

IX.

*HILDEBOLDI Archiepisc. Bremen.
Charta super proprietatem dimidii
mansu in Woldesbutle, quam Rodol-
phus de Broke Conventui in Lilien-
dale resignat. A. 1271.*

HILDEBOLDUS, Dei gratia sanctæ Bre-
mensis Ecclesiæ Archiepiscopus, uni-
versis Christi fidelibus, ad quos præ-
sens scriptum pervenerit, salutem in perpe-
tuum. Quotiens aliquid agitur, cujus me-
moria apud posteros haberi desideratur, per-
utile est, ut id, quod agitur, scripturæ testi-
monio roboretur. Hinc est, quod ad noti-
tiam universorum Christi fidelium cupimus
pervenire, quod Rodolphus de Broke, in no-
stra præsentia constitutus, dimidium man-
sum in *Woldesbutle*, cujus proprietates beatæ
virginis *Mariæ* atque Conventus in *Lilienda-
le* fore denoscitur, Abbatissæ & dicto Con-
ventui quiete contulit possidendum, atque
omne jus, quod ipsum in dicto manso con-
tingebat, totaliter resignavit. Ne quis au-
tem in posterum dictam Abbatissam, & ipsi-
us Conventum, in jam dicto manso molesta-
re malitiose præsumat, præsentem paginam

conscribi super hoc fecimus, ac Sigilli nostri manimine roborari. Acta sunt hæc Anno Domini M^oCC^oLXXI^o. Huic factò interfuerunt *Sifridus* Miles dictus de *Brema*, filius ipsius *Henricus* & *Sifridus* Milites, *Hermannus* Miles de *Oumunde*, *Johannes* Miles de *Mercele*, Advocatus noster in *Langwedel*, *Didericus* Advocatus noster in *Hagen*, *Ludolfus* Advocatus noster in *Warenflete*, *Albertus* de *Hutha*, *Hermannus* de *Mercele*, *Johannes* de *Mercele*, *Johannes* de *Hutha*, & alii quam plures.

X.

HILDEBOLDI Charta super curiam in Alrebeke, ut illam Willebrandus de Holle in feodo recipiat de Abate Loccumensi. An.

1272.

(E Cartulario laudat.)

H*ILDEBOLDUS*, Dei gratia sanctæ *Bremensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Scire volumus universos, quod
 ROS

nos proprietatem Curiae in *Alvebeke*, cum
 suis pertinentiis, accedente consensu Decani
 & Capituli nostri, quam *Wilbrandus*, Miles
 dictus de *Holle*, a nobis tenuit in feodo, con-
 tulimus Abbati & Conventui in *Lucken*, libe-
 re perpetuo possidendam. Unde volumus, uti
 iustum est, quod praedictus Miles, & here-
 des ad ipsum feodum jus habentes, de Ab-
 bate loci praedicti in feodo bona recipiant
 memorata, eo jure, quo ab Ecclesia *Bremensi*
 haecenus tenuerunt. Datum *Bremæ* Mense
Martii, Anno Domini M^oCC^oLXXII^o.

H

Q 2

X

XI.

*HILDEBOLDI, Archiepisc. Bremen.
Diploma super domum in Quelich-
horne, quam Bartholdus de Otter-
stede contulit Claustris in Oster-
holte & Liliendale.*

A. 1272.

HILDEBOLDUS, Dei gratia, omnibus
hoc scriptum visuris salutem in Do-
mino. Cum memoria hominum sit
labilis & infirma; ideo de gestis mortalium
fit scriptura, quæ testimonium contineat
veritatis. Ea propter scire volumus uni-
versos præsentia visuros, quod Dominus
Bartholdus de Otterstede, felicitis recordatio-
nis, cum adhuc viveret, domum unam, si-
tam in *Quelichhorne*, pro remedio animæ
suæ, de consensu & voluntate *Johannis*, filii
sui, *Johannis de Otterstede* & Hæredum suo-
rum, in *Osterholte* & *Liliendale* Claustris li-
bere contulit, ut eam perpetuo possiderent,
contradictione qualibet amota, quam do-
mum hæc prædicta Claustra simul multo
tempore possederunt, nunc vero Præposi-
tus

tus de *Osterholte*, & Procuratores Clauſtri de *Valle Lillii*, taliter ſunt concordati, quod Abbatiffa & Conuentus de *Valle Lillii* ſupra dictam domum, cum uſufructu totam habebunt, & de noſtra conſcientia Præpoſitus de *Osterholte* & Conuentus partem, quam habuerunt, reſignauerunt. Et quia hæc præmiſſa facta ſunt de conſcientia proborum hominum, & ordinata, ne aliquibus in dubium reuocetur, præſentem literam inde in teſtimonium conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Datum *Woldæ* die *Criſpini & Criſpiniani*. Anno Domini M^oCC^oLXXII.

XII.

HILDEBOLDI Archiepiſc. Brem. Charta, qua in Tervenſtede modium ſiliginis, dictum Stetlerſcepel, Eccleſiæ in Liliendale confert.

An. 1272.

HILDEBOLDUS, Dei gratia ſanctæ *Bremensis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus perpetuam in

Q 3

Do-

Domino salutem. Notum facimus univ-
 sis, præsens scriptum visuris, quod nos pro-
 prietatem super unum modium Siliginis, di-
 ctum *Stetlerscepel*, unius domus in *Terven-*
stede, quam a Nobis Manogoldus feudaliter
 tenuit, & in manus nostras libere resigna-
 vit, Ecclesiæ in *Liliendale*, Ordinis *Cisterci-*
ens, contulimus perpetuo possidendam. Ne
 igitur aliqua in posterum super hoc facto du-
 bietas oriatur, præsentem literam Sigilli no-
 stri fecimus munimine roborari. Acta sunt
 hæc anno Domini M^oCC^oLXXII^o. Pontifi-
 catus nostri anno tertio decimo.



Briefve

MONUMENTA INEDITA

Historiam

**FAMILIARUM EMOR-
TUARUM**

ARCHIEPISCOPATUS

Bremensis

ILLUSTRANTIA.



Vorbericht.

Son denen ausgestorbenen, und längst verlöschten Gräflichen und Adelichen Geschlechtern des Erzstifts Bremen, und angränzender Dörter, haben wir schon manche Urkunde mitgetheilet; und zwar von denen ausgestorbenen Grafen von der Woelpe III. Von den Grafen von Stocel VII. von denen ausgestorbenen Herren von Düvel I. Duvenworth I. Escherden III. Hordenhagen II. Marsel, Mercele oder Redingen VII. Stelle VI. Stendorpen I. Daß solche Urkunden Ihren grossen Nutzen haben, wird niemand läugnen/ und wäre daher zu wünschen, daß mehrere hier und da versteckte Nachrichten der ausgestorbenen Geschlechter ans Tageslicht gebracht wurden. Die als eine neue Nachlese ist zuerst ans Licht tretende Urkunden betreffen die ehemalige berühmte Geschlechter der Rittermäßigen Herren von Düvel, Escherden/ Groepelingen/ Heysenbüttel, von der Lesmon/ Mercele oder Marsel/ Monick oder Münch, Moyleke oder Oldenesche/ Oumunde, von Rhade, Schencken, Stendorpen, Stüve, von Walle; in folgender Ordnung:

- I. *Hermannus, & Johannes, dicti DüVEL,* confirmant Monasterio in *Liliendale* aream cum ædificiis in *Wilstede*. A. 1345.
- II. *Martini de ESCHERDEN* Charta, qua Monialibus in *Liliendale* in Eleomofinam pro Præbenda Filiæ suæ confert bona quædam sita in Villa *Wilstede*. A. 1338.
- III. *Gotfridus de GROEPELINGEN* vendit Litonem *Geffeken* cum omnibus suis bonis, jam acquisitis & in posterum acquirendis, Monasterio in *Hilgenrode*. A. 1369.
- IV. *Thomas von GROEPELINGE* verkofft dat hele Lant tom More, ane de Wurd, mit allem tobehore. A. 1385.
- V. Ejusd. Breef darin he de Wurd tom Moore verkofft. A. 1387.
- VI. *Germert von GROEPELINGEN* Charta, qua Monasterio in *Hilgenrode* donat tres fertones s. *Bremer - Veerdinge*. A. 1390.
- VII. *Gherward von GROEPELINGEN* verkofft dem Convent to dem *Hilgenrode Wedekens* Tochter, unde alles dat van er to ewigen tyden kamen mag. A. 1407.
- IX. *Gherw. von GROEPELINGEN, Johannes Sone,* vulbordet alle Article des vorbenömeten Koopbrefes. A. 1407.

In der Stadt Bremen haben sich vor Zeiten nicht allein Adelige Geschlechter zu wohnen begeben, sondern auch daselbst die Regierung geführet. Unter solchen sind nebst denen Fresen/ Stedingen, Gröningen, und von der Hude &c. sonderlich bekannt/ die von Gröpeling, welche eines Geschlechtes gewesen mit denen von Walle. Luneb. MUSHARD im Denckmal handelt ziemlich umständlich von diesem Geschlecht, und auch von dem von Walle, hat aber keine einzige Urkunde von Ihnen beygebracht.

- IX. *Friderici*, dicti **HEYSENBUTTEL**, Charta Venditionis super Quarterium terræ situm in villa *Asfverden*. A. 1353. Die von **Heysenbuttel** sind auch vorzeiten bekante und berühmte Rittermäßige des ehemaligen Erzsists Bremen gewesen. **L. Mushard** gedencket Ihrer, jedoch nur mit wenigen.
- X. *Segebodo de LESMONA* Charta venditionis super peciam terræ, tendentem de via ad *Wolda* usque ad Molendinum superius in *Lesmona*. A. 1345. Auch von diesem ausgestorbenen Geschlecht der von **der Lesmon** findet sich eine Nachricht in **L. Mushards Denckmal**. p. 344.
- XI. *Florentii de MERCELE* Charta, qua vendit Monasterio in *Liliendale* Decimam per decem domos in *Mercele*. A. 1349. XII.

- XII. *Hermannii de MERCELE* Charta venditionis super Decimam unius Domus, & Decimam dimidiæ domus, in recompensam Præbendæ *Gertrudis* filiæ suæ. A. 1351.
- XIII. *Lippoldi*, dicti *MONECK*, Charta super aream in *Rockwinkele*, pertinentem ad bona Abbatis & Conventus *de Lucka*. A. 1280. Die *Mönneke*, sonst auch von der *Zellen* zugenahmet, sind ehedessen Burg-Männer zum *Ottersberge* gewesen, und soll der letztere dieses Geschlechtes, nach Anzeige eines *Otterbergischen* Grabsteins, ungefehr An. 1460. gestorben seyn. *Lüneburg* *Mushard* gibt zwar einige Nachrichten von dieser nunmehr erlöschten Familie, und nennet verschiedene derselben, hat aber keine einzige Urkunde beygebracht.
- XIV. *Fridericus*, dictus *MONACHUS*, Officialis Comitum de *Welpia*, renuntiat omni impetitioni, quam habuit in bonis Monialium in *Liliendale*. A. 1280.
- XV. *Fridericus* Miles, dictus *MONICK*, renuntiat omni impetitioni, quam habuit contra Ecclesiam in *Liliendale* in bonis *Thevekamp* & in *Thedenevere*. An. 1283.
- XVI. *GISELBERTUS* Archiepisc. *Brem.* Confirmat Abbati *de Lucka* Advocatiam in *Thedenevere*, quam vendiderunt Filii *Lippoldi*, dicti *MONECK*. An. 1305.
- XVII.

XVII. *Fridericus* Miles, dictus *MONICK*, assignat Sanctimonialibus in *Liliendale* decimam duorum Quadrantum ultra *Vare*, ad Anniversarium filii *Arnoldi* peragendum. An. 1306.

XIIX. - - - - - confert Sanctimonialibus in *Liliendale* duos Quadrantes in *Overnienlande*, ut de proventibus servitia fiant in Anniversario suo & Uxoris. An. 1307.

XIX. *Henricus*, dictus *MONECK*, Sanctimonialibus in *Liliendale* pro remissione suorum peccaminum confert quaedam bona, sita in *Overnienlande*. An. 1313.

XX. *Lippoldus*, dictus *MONICK*, vendit Sanctimonialibus in *Liliendale* bona quaedam, sita in *Rockwinkele*. A. 1321.

XXI. *Luderus* & *Martinus*, dicti *MONICK*, vendunt *Alberto Calveswange*, Civi *Bremensi*, proprietates in Campo Villæ *Horne*, warandiam præstantes jure *Obstagii*. An. 1349.

XXII. *Lippold de MONICK* verkoft *Johan von Rebken*, enen Borger to *Bremen*, ene halve Wurd to der *Vare*. A. 1375.

XXIII. *MOYLEKE*, *Otto* unde *Diederich*, geheten von *OLDENESCHE*, geben dem Closter *Hilgenrode* 3 Hufen in *Dalzelte* mit 2. *Echtworden*, um Ihre Mutter und Schwester zu Closter-Frauen anzunehmen. A. 1457. *L. Mushard*

im Denckmal p. 406. zehlet die Moyleken unter die ehemalige alte Rittermäßige Dienst-Männer der Kirchen zu Bremen, beschreibet ihr Wapen, und machet aus den Moyleken ein besonders Adeliges Geschlecht. Er hat also nicht gewußt, daß die Familie der Oldenesche und Moyleken eine und dieselbige, und daß der Name Moyleken nur ein Beynahme gewesen; welches nicht allein aus dieser Urkunde sonnenklar erhellet, sondern auch ex Charta Fratrum de STENDORPE de A. 1368. v. Tom. I. p. 97. fs.

XXIV. *Fridericus & Johannes de OUMUNDE* confirmant Sanctimonialibus in *Liliendale* quadrantem in *Villa Horne* ad Anniversarium Parentis peragendum. A. 1322.

XXV. *Johannes de OUMUNDE* vendit Sanctimonialibus in *Liliendale* bonum quoddam in *Westertimmeke*, & in *Elsdorpe* modium parvum filiginis, qui dicitur *Twelfling*. A. 1339. Von den von *Oumunde* welche hernach von *Schönbeck* zubenahmet worden, Bes. *Lün. Musards* Denckmal. p. 420. fs.

XXVI. Fratres de *RHADE* dimittunt Advocatiam, aliasque exactiones omnes, quas habuerunt in bonis Rectoris Ecclesiae de *Rhade*. A. 1306.

XXVII.

- XXVII. *Lippold von RHADE* verpflichtet sich dem Kloster zum *Hilgenrode* bey Strafe des *Einlagers*. A. 1503. Von diesem Geschlechte, welches von alten Zeiten unter die mächtigsten Dienstmänner der Kirchen zu Bremen gerechnet worden, und ihre Burg zu Rhade gehabt, *Bes. Muschard!* p. 437.
- XXXIIX. *Christianus*, dictus *SCHENCKE*, Famulus, vendit Sanctimonialibus in *Liliendale* decimam in campo, dicto *Stelle*, cum minuta decima, quæ *Ochtum* dicitur. A. 1326.
- XXIX. *Luderi & Martini de STENDORPE* Charta, qua Monialibus in *Liliendale* vendunt quasdam pecias terræ, sitas in *Villa S. Georgii*. An. 1347.
- XXX. *Henricus & Hermannus de STENDORPE* Sanctimonialibus in *Liliendale* vendunt decimam super campum, dictum *Gberdes-Acker*, in *Mercele*. An. 1359. Diese und die vorhergehende Urkunde dienen zur Ergänzung dessen, was bereits von diesem Geschlechte beigebracht worden. *Bes. I. Band*, p. 86. u. 98.
- XXXI. *Henricus & Ludolphus*, dicti *STUVE*, vendunt Monasterio in *Liliendale* Decimam in *Honstede*. An. 1333. Von diesem Geschlechte der *Stuven* finde in *Muschards* Denckmal keine Nachrichten. Der zu dieser Urkunde gehörige Confirmation-

tions-Brief des Grafen von der *HOYA* findet sich im I. Band p. 75. f. und erheltet daraus, daß dieses Geschlecht auch von *Bardenfleth* sey genennet worden.

XXXII. *Friderich von WALLE*, Rathmans Brief, darinnen er sein Gut, in der *Wummsiede* by der *Groepelinger Wette- ringe*, *Brüning von Burstel* Borgern to *Bremen* versetzet. A. 1393. Daß die von *Walle* und von *Groepelingen* ein und dasselbe Geschlecht gewesen, habe bereits angeführet, auch T. II. p. 112. eine Urkunde von *Sueder* und *Wilhelm* von *WALLE* de An. 1291. mitgetheilet.

XXXIII. *Friderich von WALLE*, Burgermeisters, Verkauf-Brief eines Gutes up den *Hollerfelde* an *Johan von Leze*, Radman. A. 1400.

XXXIV. *Fridrich* und *Herman* von *WALLE* Verkaufbrief eines Viertel-Landes bey der *Domprawestie*. A. 1419.

XXXV. *Herman* von *WALLE*, Voget to *Bremen*, vulbord enes verkopes dreer Stucke Landes, de *Lucke*, *Johan van Leze* *Frowe*, verkoft heft. A. 1433.

XXXVI. - - - verkoft twe Stucke Landes, belegen in der *Wummerfieden* an dem *Olden Dieck*. A. 1434.

I.

Hermannus, & Johannes, dicti
DüVEL, Confirmant Monasterio in
 Liliendale aream cum ædificiis in
 Wilstede. A. 1345.

Universis hanc literam visuris seu auditu-
 ris, *Hermannus & Johannes* fratres,
 dicti *DUVEL*, famuli, salutem in Do-
 mino sempiternam. Noveritis, quod in no-
 stra constitutus præsentia *Johannes*, filius
Bruggemanni, villicus noster, cum voluntate
 & consensu nostro vendidit Abbatisfæ &
 Conventui monasterii in *Liliendale*, ordinis
Cisterciensis Bremensis Diæcesis, pro duabus
 marcis *Bremensis* argenti & ponderis, sibi
 integraliter persolutis, unam aream dictam,
Scunestede, sitam in fimiterio (*) Ecclesiæ in
Wilstede, cum ædificiis in dicta area constru-
 ctis, justo emptionis titulo perpetuis tempo-
 ribus obtinendam; quam quidem venditio-
 nem nos gratam & ratam habemus & habe-
 re volumus in perpetuum & acceptam; Re-
 cognescentes, quod nos & hæredes nostri in
 dicta area, & in ædificiis, in ipsa area con-
 stru-

(*) FIMITERIUM. FI-
 MARIUM, FIMETUM,
 locus ubi reponitur FI-

MUS, quo agri sterco-
 rantur. v. Du FRESNE.

structis, nihil juris habemus, nec juris aliquid in ipsa poterimus in perpetuum vendicare; in cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini M^oCCC^oXL. quinto; in die beatorum martyrum *Abdon & Sennes*.

II.

Martini de ESCHERDEN Charta, qua Monialibus in Liliendale in Eleomofinam pro Præbenda Filie suæ confert bona quedam, sita in Villa Wilstede. A. 1338.

Universis & singulis præsentia visuris, seu audituris Ego *Martinus*, dictus de *ESCHERDEN*, famulus militaris, notum facio, quod de voluntate & unanimi consensu *Johannis*, Filii mei, *Inschen*, Fratris mei, *Beynhardi*, *Luderi* de Huda, Militum, *Hermannii Duvel*, nec non & omnium hæredum nostrorum, quorum interest consentire, dimisi & dimitto, *Dominæ Abbatissæ & Conventui Monialium in Liliendale*, ordinis *Cisterciensis Bremensis* dicecesis, in Eleomofinam

Mon. Brem. T.II.

R

pro

pro præbenda *Beatricis*, filiæ meæ, pro triginta quinque marcis *Bremensis* ponderis & argenti, quædam bona, sita in Villa *Wilste-de*, dicta *Meigerhoff*, cum aquis, pascuis, lignis, agris cultis & incultis, ab omni advocatia libera, cum omnibus juribus & pertinentiis, liberaliter obtinenda, & sicut ego hæctenus possedi libere & quiete ab iisdem Monialibus perpetuo possidenda. Cæterum ego præfatus *Martinus*, *Johannes*, Filius meus, *Inschen*, Frater meus, *Bernhardus*, *Luderus*, Milites ante dicti de *Huda*, nec non & *Hermannus* dictus *Duvel*, in prænomina-
tis bonis inviolabilem Warandiam, atque firmam pro natis & nascituris promissimus, & promittimus jam dictis Monialibus in his scriptis, & ne processu temporis, qualiter hæc nostra donatio contracta sit, oblivionem inducat, sed robur firmitatis obtineat, in testimonium præmissorum Sigilla nostra præ-
senti scripto duximus apponenda. Datum Anno Domini M^oCCC^o tricesimo octavo.

III.

Gotfridus GROEPILINGEN vendit Litonem Gesscken, cum omnibus suis bonis, jam acquisitis & in posterum acquirendis, Monasterio in Hilgenrode. A. 1369.

Omnibus & Singulis, quibus presentes literas exhiberi contigerit, ego *Gotfridus de GROEPELINGE*, Famulus, cupio fore notum, lucide protestando, quod ego, cum consensu & voluntate *Fredcken*, uxoris meae legitimae, atque omnium hæredum meorum, quorum interest, vel interesse poterit, vendidi, & dimisi pro quinque Marcis *Bremensibus*, mihi expedite solutis ac traditis, & in his scriptis presentialiter vendo, & cum solennitatibus, ad hoc consuetis & debitis, per presentes literas suppletis, dimitto discreto viro, Domino *Henrico* Provisori, *Mechtilde* Priorissae, totique Conventui sanctimonialium Monasterii in *Hilgenrode*, Ordinis de *Benedicto*, *Bremensis* Diocesis, meum *Litonem Gesscken*, natum *Diderici Langen* & *Margretæ Olebures*, uxoris suae legitimae, cum omnibus suis bonis, jam ac-

quisitis & in posterum acquirendis, mihi jure servitutis subactum, quem a nobili viro *Domicello Christiano, Comite in Delmenhorst*, in Concambium recepi, justæ & perpetuæ venditionis titulo perpetuis temporibus possidendum & habendum, omnibus impetitionibus, & impedimentis totaliter quiescentibus, & semotis. Insuper ego *Gerfridus* prædictus, & una mecum, nobilis Vir *Domicellus Christianus, Comes* prædictus, atque *Thomas, Frater* meus, promissimus, & in his scriptis, *conjunctis manibus* in solidum fide data, promittimus memoratis Domino *Henrico* Provisorio, *Mechtildæ* Priorissæ, totique *Conventui Monasterii Sanctimonialium in Hilgenrode*, facere & præstare super præmissis viro *Warandiam* firmam atque justam, & de emtione cavere, atque omnia ac singula memorata firmiter observare. In quorum omnium testimonium sigillum meum præsentibus est appensum; Et nos *Domicellus Christianus, Comes* in *Delmenhorst*, atque *Thomas, Frater* suprædicti *Gerfridi*, qui omnia & singula suprædicta promittimus & in his scriptis promissimus, in evidens eorundem testimonium, firmamque observationem, Sigillis nostris munivimus presens scriptum. Datum anno Domini M^oCCC^oLXIX. In festo Sanctorum *Gordiani & Epimachi*.

IV.

Thomas von GROEPELINGEN
verkoft dat hele Lant tom More, ane
de Wurd, mit allem tobehore.

A. 1385.

Ick Thomas van GROEPELINGEN beken-
ne openbar vor all den genen, de desen
Bref seht, edder höret lesen, dat Ick mit
willen mines Brodern, Gerwerdes von Gro-
pelinghe, unde all unser rechten Erven, de nun
sint und komen mogen, hebbe verkoft Jo-
han Wigger, un sinen rechten Erven, unse
hele Lant to More, ane de Wurd, dat nu
bowet Godeke Biter, mit rechte unde tobehore
an Water, un an Weyde, an Dieken, un an
Dammen, un an aller Rechtigkeit, behalven
utgesproken de Wurd, alse hier vorschre-
ven steit, vor achte Bremer Marck enes Ver-
dinges minne, de uns degher un all betahlet
sint nah unsern willen. Ock disse vorsch.
Wigger unde sine Erven, hebber uns de Gna-
de geven, dat wy dit vorsch. Lant moget
wedder kopen binnen den negesten achte
Jaren van Utgift deses Brefes, wo wy eme
de Tyd vorekundigen binnen den twolf

R 3

Nach-

Nachten, to allen sunt *Peters* Dagen fyn Geld to geven binnen de negesten achte Jaren. Alle dese vorschrevene Stücke hebbe ick *Thomas* van *Gropelinge*, un *Gerwerd* myn Broder, lawet stede un vaste to holden, recht warend to wesene wanne, un wo dicke ene des noth is, sunder enigerleye hulprede, argelist, utespraken, un nyge funde. Des hebbe wy *Mas* van *Gropelinge*, unde *Gerwerd* myn Broder, unse Ingesegel hangen to desem Brefe, vor boren un vor aneboren, de schreven is na Godes bordt M^oCCC^o LXXXV^o des Dages na sunte *Peter* alse he kronet word.

V.

Thomas von *GROEPELINGE* ver-
kofft *Johan Wiggern de Wurth* tom
Mors. A. 1387.

Ick *Thomas* van *GROEPELINGE* bekenne openbare vor allen, de defen Bref seet edder horet, dat ick mit willen mines Broders *Gewerdes* van *Gropelinge*, un all unfer rechten Erven, de nu sint unde komen mögen,

mögen, hebbe verkoft *Johan Wiggern*, un
 finen rechten Erven, unse *Wurththom Mo-*
re, dar he nu gegenwordich uppe wohnet, vor
 dre *Bremer Marck*, de uns deger un all be-
 tahlet sint na unsern Willen, to enen steden
 Kope, unde wy scholen eme dar Wurt rech-
 te wurende wesen, wanne un wo dicke eme
 des not is. Ock so heft he unde sine Erven
 uns, unde unsen Erven de Gnade geven,
 dat wy unse vorschr. Wurt mogen wedder-
 kopen vor dat sulve Geld to allen sinte Pe-
 ters Dagen, alse he gehoget wart uppe de-
 me Stole to *Rome*, wo wy de *Tid* der *Lofin-*
ge kundigen vore binnen der twolf Nachten
 in der hoghtid to *Wynachten*. Alle dusse
 vorschr. Stucke lave ick *Thomas van Gropel-*
linge stede unde vast to holdene, un hebbe
 des to ener Warbetuchnisse min Segele ge-
 hangen vor desen *Bref*. Unde ick *Germerd*
 van *Gropelinge*, dat disse Kop mit minen
 Willen gescheen is, so hebbe ick myn Segele
 gehangen to ener vürder *Bekantnisse* to
 düssen *Brefe*. Wan aver achte Jare gesleten
 sint, na *Utgift* deses *Brefes*, so schallick un-
 de mine Erven dar nene *Lofinge* inne heb-
 ben. Datum Anno Domini M^oCCC^o
 LXXXVII^o des anderen *Mondages* na *Pinx-*
sten.

VI.

Gerwert von GROEPELINGEN
*Charta, qua Monasterio in Hilgen-
 rode donat tres fertones s. Bremer-
 Veerdinge. A. 1390.*

Ick Germert von GROEPELINGE, Kna-
 pe, bekenne unde betüge festliken in de-
 sem Brese vor allen Lueden, dat ick mit
 fryhen Willen, unde Vulborth *Mases* * my-
 nes Broders, unde aller myner Erven, ge-
 ven hebbe, unde geve in desem Brese vor
 myne Zeele, unde Cordes, de wanne myn
 Broder wafs, unde *Ilfabe*, die wanne myne
 rechte Husfroue was, dem Closter to dem
Hilgenrode drey Bremer Veerdinge Geldes,
 de ewiglick alle Jahr to *Sunte Martins Da-
 ge* de Priorisse unde de Jungfrouen dessülven
 Closters uth mynem Gude to *Hetyngen*, un-
 de Huse, dat nu *Heinke* buwet, thovorne up-
 böhren schollet unde beholden, eher ick, of-
 te myne Erven, ofte jemandt van unser we-
 gen, uthe dem vorschrevenen Gude unde
 Huefs wat upböhren, unde begahn mit den
 drey Bremer Verdingen Geldes, de se under
 sick

* *Mases* i. c. *Thomas*.

sick lycke deelen schölet, myne *Cordes*, unde *Ilfabehn*, Jahrtydt mit *Vigilien* unde *Missen*, als se pleget. Unde lawe ick, unde *Mafs* myn *Broder*, vorschreven mit my^l, emeder vorschrevenen *Rente*, to der vorbenannten tydt upböhringe ahne hinder unde lengeren vertogh, ene rechte *Wahrschop*, wanne se des behoven, unde hebbet des beide unse *Ingeseghel* to *Tüghe* hangen mit willen to desem *Brefe*, de gegheven is nah *Gades Borth Drüttein* *hundert* Jahr an dem *Neghentigsten* Jahre; to alle *Gades Hilligen Dage*.

VII.

Gherward von GROEPELINGEN
verkoft dem Convent to dem Hilgen-
rode Wedekens Tochter, unde alles,
dat van er to ewigen tyden kamen mag.

A. 1407.

Wy Gherward von GROEPELINGEN,
Gherwards Sone, unde Grete, sine
Moder, bekennen openbar in desem
Brefe vor als wem, dat wy mit wolberade-
nem mohde, mit guden, entrachtigen wil-
len,

R 5

len,

len, unde Vulbord aller unſen rechten Er-
 ven, unde aller derjennen, de dar van rech-
 teswegen Vulbord to geven ſchullen, heb-
 ben verkoſt to enen ſteden, faſten, ewigen,
 untobrakenen Erſkope, unde verkopen un
 laten jeghenwerdigliken in, unde mit deſem
Breſe, dem ehrliken Manne, Heren *Henrich*
Spredowen, nu to ryden Vorwarer des Clo-
 ſters to dem *Hilgenrode*, vor *Elisabeth* der
 Priornin, dem ganzen Convente, unde eren
 Nahkomelingen darſulveſten, *Gefchen*, *We-*
deken Tochter van *Ketingen*, unde alles wat
 van er to ewigen tyden kamen mag, in al-
 ler der wiſe, als ſe uns aldus lange gehö-
 ret, unde eghen gewefen heft, vor veertyn
Bremer Mark, de wy deger alle van enne
 upgeböret hebben, unde hebben vortegen,
 unde vortiget jeghenwerdigliken up alle An-
 ſprake, recht, unde anwachtinge des Egen-
 doms, den wy alle duſlange gehadt hebben
 an der vorbenömeten *Gefchen*, unde hebben
 eme de gelaten, unde latet, in ener bruklike
 moglike beſittene Wehre, in aller wiſe, al-
 ſe men egene Lude van rechten laten ſchall;
 Unde wy ſchollen unde willen enne dar een
 rechtwahrend weſen unverjahret to allen
 tyden, wann, wohr, unde wo ſenne des
 noth, un to doen is. Des to *Bekentniſſe* ſo
 hebbe ick *Gherward* vorchreven min Inge-
 ſegel vor my, *Greten* mine Moder, unde vor
 alle

alle unse Erven gchangen to desem *Brefe*.
 Unde wy *Otto*, Greve to Delmenhorst, na-
 deme dat wy hieran un over gewesen, un
 dese vorschrevene Kope mit unsen Vul-
 bord un Willen schehen is, so hebben wy
 ock unse Ingeseigel to enen mehren *Bekent-*
nisse hangen laten an desem *Brefe*. Datum
 Anno Domini M^oCCCC^oVII^o ipso die *Ag-*
thæ Virginis & Martyris.

IIX.

Gherward von GROEPELINGEN,
 Johannes Sone, vulbordet alle *Ar-*
ticule des vorbenömeten Koopbrefes.

A. 1407.

Ick *Gerward von GROEPELINGEN*, *Jo-*
hannes Sohn, knape, bekenne un berüige
 openbar vor als weme in desem *Brefe*,
 dat ick mit guden willen hebbe gevulbar-
 det, unde vulbarde gegenwerdigliken in de-
 sem *Brefe*, alle *Articule*, deghedinge un koep,
 de dese *Bref* uthwiset, unde inneholt, den
Gherward von Groepelinge, *Gherwardes* So-
 ne, seliger Gedechnise, myn leve Vedder,
 gegheven, unde he darinne verkoft heft dem
 Pra-

Praveste, Priornin, unde dem ganzæn Convent tom *Hilgenrode, Geseken, Wedeken* Tochter von *Ketingen*, unde den ock de Edele *Otto*, Greve to *Delmenborst*, myn leve gene-dige Juncker, to ener mehrren *Bekentnisse* mede besegelt heft, nadem dat alle de stücke, deghedinge unde Koop mit mynen guden willen und Vulborth is geschehen, so vorschreven is, so hebbe ick ock myne Ingesegel to mehrer *Bekentnisse*, umme bede willen mynes leven Veddern vorschreven, gehangen an desem *Brefe*. Datam Anno Domini M^oCCC^oVII^o Ipso die *Philippi & Jacobi* Apostolorum.

IX.

Friderici, dicti HEYSENBUTTEL,
Charta Venditionis super Quarterium
terrae, situm in villa Afsverden.

A. 1353.

Quoniam mutabilitati subjacent universa, prudens decrevit antiquitas, ut in contractibus & negotiis utamur testimoniis literarum, ne longinquitate temporis error subrepat oblivionis. Hinc est, quod
 ego

ego *Fredericus*, dictus *Heysenbuttele*, norum
facio omnibus, præsens scriptum intuentibus,
quod de consensu & voluntate *Luderi*, Fra-
tris mei, ac *Henrici*, patruelis mei, dictis
Heysenbuttele, nec non omnium hæredum
meorum, quorum interest consentire, &
jure patrimonii possidere, vendidi Dominae
Abbatissæ & Conventui Monialium in *Lili-
endale*, ordinis *Cesterciensis*. *Bremensis* dicece-
sis, unum quarterium terræ, quod vulgari-
ter dicitur *verdendel Landes*, situm in villa,
dicta *Afsverden*, cum omni jure & attinen-
tiis suis, in aquis, pratis, pascuis, silvis,
agris cultis & incultis, pro decem marcis,
mihi ad placitum persolutis, justæ emtionis
titulo perpetuis temporibus possidendum.
Cæterum præcavere cupiens, ne calumniis
adversantium memoratæ Moniales super hac
venditione modo quolibet in posterum va-
leant molestari, ego *Fredericus* & *Luderus*
Frater meus, ac *Henricus* patruelis meus, di-
cti *Heysenbuttele*, pro nobis, & pro omnibus
hæredibus nostris, natis vel nascituris, fir-
mam præstamus warandiam, in solidum fide
data; Renunciantes simpliciter & expresse
omni juri, quod nos habuimus, vel quod
competere potuerit in perpetuum, in bonis
prælibatis. In cujus rei perpetuam memo-
riam Nos prænominati præsentem paginam
Sigillis nostris firmiter communiimus ac
omnibus

omnibus ipsam intuentibus in evidens testimonium erogamus. Datum Anno Domini Millesimo, Trecentesimo quinquagesimo tertio. In Dominica *Palmarum*.

X.

Segebodi de *LESMONA* Charta venditionis super peciam terra, tendentem de via ad *Wolda*, usque ad *Molendinum superius in Lesmona*
A. 1345.

Quoniam ab humana potius elabuntur memoria, quæ nec scripto, nec voce testium, æternantur. Hinc est, quod ego *Segebodo*, Filius *Jacobi de Lesmona*, & *Henricus*, Filius meus, recognoscimus, & tenore præsentium firmiter protestamur omnibus, præsens scriptum visuris seu audituris, quod nos pari voluntate, ac unanimiti consensu omnium hæredum nostrorum, quorum interest consentire, vendidimus *Dominæ Abbatissæ & Conventui Monialium in Liliendale, Ordinis Cisterciensis, Bremensis*

sis dicecesis, quandam peciam terræ, tendentem de via ad *Wolda* usque ad Molendinum superius in *Lesmona*; item peciam unam sitam in agro, qui dicitur *Steinacker*, pro sex marcis & dimidia, *Bremensis* ponderis & argenti, nobis integraliter persolutis, cum omni jure & pertinentiis suis, liberas ab omni advocatia & molestia, justæ emtionis titulo a jam dictis Monialibus perpetuis temporibus possidendas. In super ego, supradictus *Segebodo*, nec non *Henricus*, Filius meus, & *Jacobus*, Filius Fratris mei, atque *Hermannus*, Filius *Jacobi*, una nobiscum & nos una cum eis, in solidum fide data promissimus, & in his scriptis promittimus suprascriptis Monialibus super antedictis peciis terræ facere & præstare warandiam firmam, inviolabilem, atque justam. Ut autem præmissorum contractus irrefrangibilis perseveret, tam præsentibus quam nascituris, in evidens testimonium Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M^oCCC^oXLV^o In die translationis Sancti *Martini* Episcopi.

XI.

Florentii de *MERCELE* Charta, qua
vendit Monasterio in Liliendale De-
cimam per decem domos in Mercele.

A. 1349.

Ob varietatem hominum, & incurfus fu-
turatorum præcavendos, oportet ea, quæ
aguntur in tempore, per scriptum me-
moriam commendare. Hinc est, quod nos
Florentius, dictus de *Mercele*, & *Henricus*,
Filius meus, notum facimus, tam præsentibus
quam futuris, quod de unanimi bene-
placito & consensu Domini *Gerhardi*, Fra-
tris mei, Plebani in *Vorden*, ac *Hermannii de*
Mercele, nec non *Johannis de Kedingen*, ac
omnium hæredum nostrorum, quorum in-
terest, vel interesse poterit consentire, ven-
didimus Domine *Elisabeth*, Abbatissæ, toti-
que conventui Monasterii in *Liliendale*, or-
dinis *Cisterciensis*, decimam per decem domos
in Villa, dicta *Mersela*, per utrosque cam-
pos, dictos *Geyst* & *Mersch*, ac minutam de-
cimam, cum omnibus juribus & pertinen-
tiis, per agros cultos & incultos, sicut hæ-
tenus possedimus, pro nonaginta tribus mar-
cis

qua
De-
cele.
is fu-
quæ
me-
nos
icus,
enti-
bene-
Fra-
ni de
, ac
n in-
ven-
toti-
or-
omos
cam-
n de-
inen-
t ha-
mar-
cis

cis nobis integraliter persolutis justæ, emtio-
nis titulo ab ipsis monialibus in perpetuum
possidendam. Præterea nos *Gerhardus*, Ple-
banus in *Vorda*, & *Hermannus* de *Mercele*,
una cum *Johanne Kedingen*, in solidum fide
data, promittimus in his scriptis, quod su-
pra memoratus *Florentius*, ac *Henricus*, Fi-
lius ipsius, dicto Monasterio supra prædicta
decima præstabunt, pro natis & nascituris,
Warandiam plenam & inviolabilem atque
justam. Ut igitur hic contractus de pleno
& pari consensu omnium nostrorum firmus
permaneat, Nos *Florentius*, & *Henricus*, Fi-
lius meus, ac Dominus *Gerhardus* Frater,
nec non *Hermannus*, dicti de *Mersele*, & *Jo-
hannes* de *Kedingen*, in testimonium magis
evidens Sigilla nostra præsentibus duximus
apponenda. Testis hujus rei sunt *Luderus*
de *Oumunde*, Miles, *Marquardus*, *Martinus*
de *Hutha*, Famuli, & alii quam plures fide
digni. Datum & actum Anno Domini
MoCCC^oXL^o nono in die *Beatæ Margarete*,
Virginis & Martyris.

XII.

Hermanni de *MERCELE* Charta
venditionis super Decimam unius Do-
mus, & Decimam dimidiæ domus,
in recompensam Præbendæ Gertrudis
filia sua. A. 1351.

Contra varios incurfus futurorum ea, quæ
 in tempore aguntur, firma stabilitate
 in scriptis redacta debent memoriter
 commendari, ne a posteris valeant aliqua ca-
 lumnia irretiri. Hinc est, quod ego *Her-*
mannus, dictus de *Mercele*, tenore præsen-
 tium firmiter protestor, quod de voluntate
 & consensu filiorum meorum, scilicet *Her-*
wardi, Ludolphi, Johannis, Hermanni &
Bernhardi, nec non *Johannis*, Filii fratris
 mei, dicti de *Kedinge*, ac omnium hæredum
 meorum, quorum interest consentire, ven-
 didi Dominae *Gertrudi*, Abbatissæ & Con-
 ventui Monialium in *Liliendale*, Ordinis *Ci-*
sterciens. Bremensis diæcesis, decimam unius
 domus, obligatam *Arnoldo*, dicto *Corfb*, pro
 decem marcis, quam præfata Abbatissa re-
 demit,

demit, & decimam dimiduae domus in Villa, dicta *Mercele*, cum minuta decima in agris cultis & incultis per utrosque campos, vulgariter dictos *Geist*, & *Merscb*, ab omni advocatia & impetitione liberam, pro quadraginta Marcis *Bremensis* Argenti & ponderis, in recompensam prae bendae ac servitii *Gertrudis*, Filiae meae, justo emtionis titulo, etiamsi ipsam medio tempore, quod absit, mori contigerit absque habitu religioso, pro haereditate libera perpetuis temporibus possidendam. Praeterea, ne praefatum Monasterium in *Liliendale* hujus venditionis aliquod impedimentum sustineat in futurum; Ego *Hermannus* de *Mercele*, & Filii mei praenominati, pro nobis & omnibus haeredibus nostris, natis vel nascituris, firmam *Waran*diam praestantes, omni juri, quod in praedicta decima habuimus, renunciamus simpliciter, & expresse, ita quod nec ego, nec haeredes mei, in eadem decima nihil juris de caetero poterimus in perpetuum vindicare. Ut autem haec praemissa firma maneant & inconvulsa; Nos *Hermannus* de *Mercele* & *Herwardus*, *Ludolphus*, *Johannes*, *Hermannus* ac *Bernhardus*, Filii mei, nec non *Johannes de Kedingen*, pro evidentiori robore firmitatis Sigilla nostra huic literae duximus adponenda. Datum anno Domini M^oCCC. LI^o Sabbatho in quinquagesimo.

XIII.

Lippoldi, *dicti MONECK*, Charta
super aream in Rockwinkele, per-
tinentem ad bona Abbatis & Conventus
de Lucka. A. 1280.

(Autographum in Archivo inclyti atque libe-
beri Monasterii *Luccensis* superest)

Ego *Lippoldus*, Cognomento *MONECK*,
omnibus, hoc scriptum visuris, notum
esse cupio, & præsentibus protestor,
quod habeo quandam aream circumfossam,
super quam ædificavi Mansionem, mihi &
heredibus meis, a Domino Abbate & Con-
ventui de *Lucka* commendatam, ad bona eo-
rum in *Rockwinkele* pertinentem, tali condi-
tione, quod dabo annuatim villico eorundem
bonorum unum *Satyn* argenti, & dein-
ceps tam ego, quam heredes mei, quicun-
que ipsorum bonorum Advocatiam tenuerint,
Advocati erimus propitii & benigni. In cu-
jus rei testimonium presentem paginam Si-
gillo meo, & Fratris mei *Frederici*, decrevi
firmiter roborandam. Datum anno Domini
M^oCC^oLXXX^o

XIV.

XIV.

Fridericus, dictus *MONACHUS*,
Officialis Comitatus de *Welpia*, renun-
tiat omni impetitioni, quam habuit in
bonis *Monialium* in *Liliendale*.

A. 1280

Ego *Fredericus*, dictus *MONACHUS*, Of-
ficialis comitatus de *Welpia*, presentibus
protestor, quod, acceptis quinque Mar-
cis a *Monialibus* de *Liliendale*, cessavi ab omni
impetitione, quam habui in bonis earum in
Dhevenkampe, & aliis eis adjacentibus, & de
Advocacia duorum quadrantum in *Thedene-
vere*, pro quibus duas Marcas recepi ab eis.
Insuper ab omni impetitione bonorum *Mo-
nialium* predictarum ob honorem Dei & glo-
riosæ Matris ipsius, ac animæ meæ salutem, me
omnimodo cessaturum promisi. Datum An-
no Domini M^oCC^o Octogesimo.

XV.

Fridericus Miles, dictus *MONICK*,
renuntiat omni impetitioni, quam ha-
buit contra Ecclesiam in *Liliendale* in
bonis *Thevekamp* & in *Thedene-*
vere. A. 1283.

Omnibus præsens scriptum visuris *Fridericus* Miles, dictus *MONICH*, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ab humana facilius elabuntur memoria, quæ nec scripto, nec voce testium aestimantur. Noverint igitur universi, tam præsentis, quam posteris, quod ego, & *Lippoldus* Frater, noster, cum omnibus hæredibus nostris, omni renunciantes impetitioni, quam habuimus contra Ecclesiam in *Liliendale* in his bonis, scilicet in agris dicto *Thevecamp*, & in dimidio quadrante, sito in *Thedenevere*, eadem bona, receptis quinque Marcis argenti *Bremensis* ponderis, jam dicto *Claustro Liliendale* libere resignavimus in *Drakenborch*, in manus fratris *Frederici*, dicti loci *Conversi*, & *Domini Suetheri*, *Plebani de Trupa*, qui tunc temporis jam dictæ Ecclesiæ *Monialium*
exitit

exitit Capellanus. Testes hujus rei sunt Dominus *Henricus de Ec*, Dominus *Henricus Sliken*, Dominus *Henricus de Holtborpe*, & Dominus *Henricus Winkelle*, Milites; *Tbidericus & Borchardus* Fratres, & *Nicolaus*. Idem nihilominus fecimus in *Brema* coram testibus annotatis, videlicet coram Domino *Hermannno de Clawen*, *Hermannno de Vpbusen*, *Godefrido Frisone*, *Conrado & Arnolde de Gropelinge*, *Reinoldo Bruschavere*, *Johanne de Haven*, *Rudolpho de Ruten*, *Wichmanno de Hakesum*, *Henrico Fuchals*, & *Henrico de Swigen*, *Burgensibus Bremens.* & aliis quam pluribus. Ut autem hæc perpetuæ firmitatis robur obtineant, præsentem paginam Sigillorum nostrorum appensione duximus firmiter muniendam. Datum Anno Domini M^oCC^oLXXX tertio.

XVI.

GISELBERTUS *Archiepisc. Brem.*
Confirmat Abbati de Lucka Advocatiam in Thedenevere, quam venderunt Filii Lippoldi, dicti MONECK.
A. 1305.

(Ex Archiv. Monast. *Luccensis.*)

GISELBERTUS Dei Gratia, Sanctæ *Bremenſis* Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus, presens scriptum visuris, salutem in Domino. Notum facimus, tam presentibus, quam futuris, quod *Fredericus, Lippoldus, & Gerhardus, Filii Lippoldi, dicti MONECK*, coram nobis constituti, cum eorum patruo *Frederico, Milite*, de consensu heredum suorum, protestati sunt, se vendidisse Domino Abbati & Conventui de *Lucka*, Advocatiam duorum quadrantum & dimidii in *Thedenevere*, pro uno quadrante in *Rockwinkele*, quam a nobis jure tenuerunt feudali, & nos, ob spem retributionis æternæ, eandem contulimus Ecclesiæ supradictæ. Acta sunt hæc Anno Domini M^oCCC^oV^o sequenti die inventionis sanctæ *Crucis*.

XVII.

XVII.

Fridericus Miles, dictus *MONICK*,
adsignat Sanctimonialibus in Liliendale
decimam duorum Quadrantum ultra
Vare, ad Anniversarium filii Arnol-
di peragendum. An. 1306.

Ego Fridericus Miles, dictus *MONICK*,
præsentibus protestor, quod Domi-
nus *Arnoldus*, Filius meus, in extremis
positus, assignavit Sanctimonialibus in *Li-
liendale*, apud quas elegit sepulturam, deci-
mam duorum quadrantum & dimidii ultra
Vare, ad anniversarium ipsius apud easdem
Moniales devotius peragendum, tali median-
te conditione, quod quando justii hæredes
Filii mei præfatis Monialibus viginti marcas
præsentaverint ad comparandos redditus, qui-
bus prælibatum servitium pro animæ ipsius
remedio perpetuo teneatur, collatio prædi-
ctorum quadrantum eis libera remanebit.
Testes hujus rei sunt Dominus *Henricus*,
Capellanus in *Langwedele*, Dominus *Richar-
dus*, perpetuus Vicarius Majoris Ecclesiæ in
Brema, Dominus *Bruningus*, Miles dictus
Pop-

Poppe, Henricus & Fredericus, Filii mei, & alii quam plures. Ut autem hæc collatio nulli veniat in dubium, præsens scriptum Sigillo meo, & Sigillo Domini Hildemari, Militis dicti Cluvere, est munitum. Datum Anno Domini M^oCCC^o Sexto; in crastino beati Dionysii Martyris.

XIX.

Fridericus, dictus MONICK, confert Sanctimonialibus in Liliendale duos Quadrantes in Overnienlande, ut de proventibus servitia fiant in Anniversario suo & Uxoris. A. 1307.

Ego *Fredericus* Miles, dictus *MONICK*, præsentibus protestor, quod cum voluntate & consensu Domine *Elisabeth*, Uxoris meæ, & filiorum meorum, *Henrici* videlicet & *Frederici*, nec non & aliorum hæredum meorum, contuli Sanctimonialibus in *Liliendale*, apud quos ego & uxor mea elegimus sepulturam, duos quadrantes in *Overnienlande* sitos in loco, qui vocatur *Pubes-*

Pubesbrac, ab omni jure & advocatia liberus, de quibus primo ex nobis discedenti perpetuis temporibus fideliter servietur. Cum vero ambo de medio fuerimus vocati, de proventibus prædictorum quadrantum duo servitia fient in Anniversariis nostris, ac Monialibus prælibatis, ut orationes earum nobis fructuosius suffragentur, hoc adjicientes, quod si ipsa servitia de prædictis quadrantibus haberi poterunt, & fuerint neglecta, hæredes nostri jure hæreditario eadem bona poterunt rehabere. Hujus rei testes sunt Dominus *Johannes Miles*, dictus *Cluvere*, Advocatus in *Langwedele*, Dominus *Hildemarus*, item dictus *Cluvere*, *Arnoldus de Overnienlande*, & alii quam plures. In cujus collationis evidentiam præsentis scripto Sigillum meum, & Sigilla Filiorum meorum sunt appensa. Datum Anno Domini M^oCCC^o Septimo; In die Apostolorum *Petri & Pauli*.

XIX.

Henricus, dictus *MONECK*, Sanctimonialibus in *Liliendale* pro remissione suorum peccaminum confert quaedam bona, sita in *Overnienlande*.

A. 1313.

Ego Henricus Miles, dictus *MONICK*, presentibus firmiter protestor, quod de bona voluntate mea, & unanimi consensu uxoris meae, Dominae *Albeidis*, ac filiorum meorum, *Otonis*, *Arnoldi*, & *Hermannii*, nec non & *Frederiei*, Fratris mei, & *Frederici*, filii quondam *Arnoldi* militis, Fratris mei, contuli Dominae Abbatissae & Conventui Sanctimonialium in *Liliendale*, assistentibus mihi propinquis meis, *Frederico* Milite, & *Lippoldo* famulo, Fratribus, quaedam bona, quae me ex paterna hereditate contingunt, videlicet quadrantem unum & dimidium, sita in *Overnienlande*, quae colit *Volckmarus* dictus *Horn*, pro remissione meorum peccaminum, cum omnibus attinentiis & jure, sicut ea hactenus possedi, pro natis & nascituris, perpetuis temporibus libere possidenda, sub sola conditione, ut de redditibus
prae-

prædictorum bonorum, annuatim in Nativitate Sanctæ *Mariæ*, eisdem Monialibus fideliter serviat. Præterea, cum ego & uxor mea, Domino jubente, viam universæ carnis fuerimus ingressi, jam dictum servitium in Anniversarium meum transferri volumus, & sicut se bona obrulerint supra præbendam regularem, ipso die antedicto, conventui fideliter ministretur; Si quid vero, donante Domino, orationibus recompensare decreverint pro animarum nostrorum salute, hoc insimul pro nobis fieri petimus immediate. Et ne hæc bona voluntatis nostræ collatio a quocumque in posterum infringatur, præsens scriptum Sigillo nostro, & *Frederici*, Fratris mei, *Johannis* Militis, dicti *Moneck*, & *Frederici* Militis, & *Lippoldi* Famuli, Fratrum dictorum *Moneck*, Sigillis firmiter communimus. Datum Anno Domini M^oCCC^o tercio decimo. In die Sancti *Magni* Martyris.

(Die Fortsetzung dieser Urkunden folgt im Anfang des vierten Stück.)

In

Inhalt

des dritten Stucks.

I. Monumenta inedita Historiam Ecclesiae,
& Capituli S. *Wilhadi & Stephani*,
Bremensis, illustrantia. - - p. 183.

Enthalten VII. bisher ungedruckte Urkunden.

II. Monumenta inedita Historiam *HILDE-*
BOLDI, Archiepiscopi *Bremensis*, illu-
strantia. - - - p. 211.

Enthalten XII. noch niemals vorher gedruckte
Diplomata Hildeboldiana.

III. Monumenta inedita Historiam Familia-
rum emortuarum Archiepiscopatus *Bre-*
mensis illustrantia. - - - p. 237.

Enthalten XXXVI. bisher ungedruckte Ur-
kunden der ehemaligen Rittermäßigen Ge-
schlechter von *Duevel*, *Escherden*,
Groepelingen, *Heysenbuttel*, von der
Lesmon, *Mercele* oder *Marsel*, *Mos-*
nich oder *Münch*.